

N^o 988.

211. 5

21. 4.

N^o ~~988~~ 944.

quose

28

1872-73

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

ՅՈՒ. ՆԵՆՈՒ ԲՐԵՍԵՎՈՒ
ՄԱՏԵՆԱԳՐՈՒԹԻՒՆԷՔ

D. JOHANNIS OZNIENSIS

Opera

1605

949-ԱԿ

2(081)

ՄԵՆՈՒՆ

7-81

Յ Ո Վ, Հ Ե Ն Ն Ո Ւ

Ի Մ Ե Ս Ե Ս Ի Ր Ի

Ա Ի Չ Ն Ե Ց Ի Ո Յ

Մ Ե Տ Ե Ն Ե Գ Ի Ր Ո Ւ Թ Ի Ի Ն Ի

Թ Ա Ր Գ Մ Ա Ն Ե Ա Լ Ի Ի Լ Ա Տ Ի Ն Բ Ա Ր Բ Ա Ո

Ե Ր Կ Ա Ս Ի Ր Ո Ւ Թ Ե Ա Մ Բ

Տ Ե. Հ. Մ Կ Ր Տ Չ Ի Վ Ա Ր Դ Ա Պ Ե Տ Ի Ա Ի Գ Ե Ր Ե Ա Ն

Ա Թ Ո Ւ Ա Կ Ա Լ Ի Ո Ւ Ի Տ Ի Մ Ի Թ Ա Ր Ե Ա Ն Ց

№ 988

922



Ի Վ Ե Ն Ե Տ Ի Կ

Ի Տ Պ Ա Ր Ա Ն Ի Ս Ր Բ Ո Յ Ն Վ Ա Ջ Ա Ր Ո Ւ

Յ Ա Մ Ի 1834 Ռ Մ Չ Դ

28

111

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

1 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

2 2 2 2



75-1042

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

0 0 0 0 0 0 0 0 0 0

2004

DOMINI

JOHANNIS PHILOSOPHI

OZNIENSIS

ARMENTIORUM CATHOLICI

OPERA

PER

R. P. Johannem Bapt. Aucher

VIC. GEN. AC DOCT. CONGREG. MECHIT.

EX ARMENIO LATINE REDDITA



VENETIIS

Typis P.P. Mechitaristarum

IN INSULA S. LAZARI

—
MDCCCXXXIV.

ВОИНИ

ТОЛКОВНИКЪ СЛОВА

ОЗНАЧЕНІЯ

СЛОВЕСНАГО


ОПЕЧА

ИЗД.

И. П. Соловьевъ

ВЪ МОСКВѢ

ВЪ ТИПОГРАФИИ



ВЪ МОСКВѢ

И. П. Соловьевъ

ВЪ ТИПОГРАФИИ

ИЗД.

PRAEFATIO INTERPRETIS



JOHANNIS Philosophi Ozniensis Armeniorum Catholicici¹ Opera Latinis sacrae eruditionis amatoribus exhibiturus, muneris omnino mei esse arbitror, ut de Auctore ejusque Operibus pauca praemittam. Ortum duxit Johannes noster ex piis nobilibusque parentibus ann. circiter 668. in Tascir, quae majoris Armeniae est provincia, in oppido *Ozun*, unde *Ozniensis* cognomentum accepit. Sacris profanisque disciplinis fuit imbutus ab illustri praeclaroque viro Theodoro Chertenio (h. e. cilicium intus induente), quem in scriptis suis ipse laudibus effert; adeoque philosophicarum rerum scientiâ pollebat, ut unus inter omnes Armeniorum Catholicos *Philosophi* nuncupationem promeruerit. Ad Patriarchalem Armeniae cathedram anno 718. eVectus, illico haereticos omnes

¹ *Catholicus* tamquam proprio nomine nuncupatur penes Armenios summus totius Armeniae Patriarcha; teste eruditissimo Guil. Tyrio, qui lib. 15. de bello sacro, cap. 18. scribit: «*Maximus Armeniorum Pontifex,*

» immo omnium Episcoporum
» Cappadociae, Mediae, et Persi-
» dis, et utriusque Armeniae prin-
» ceps *Catholicus* dicitur. » Eo-
dem sensu *Patriarcha Generalis*
aliquando a Latinis vocitatur.

in regionibus sibi commissis diversantes verbo et calamo profligare coepit; ut gregem suum in sanâ orthodoxâque doctrinâ confirmaret. Virtutibus sanctâque vitâ adeo effulsit, ut vivens non suis tantum, sed et Infidelibus ipsis admirationi esset, Ejus sane doctrinam illibatam collaudant fulgidissima illa totius Armeniae luminaria Gregorius Vegajasèr seu Martyrophilus, Nerses Clajensis, Gregorius Dghâ, ac Nerses Lambronensis, quorum testimonia longum esset hoc loci referre.

Ex iis autem, quae scripsit, nobis ea dumtaxat, quae in hoc volumine edituri sumus, supersunt: Oratio scilicet Synodalis, Sermo contra Paulicianos, Oratio contra Phantasticos, et Commentaria quaedam in Horas Canonicas una cum memoriâ Libri Canonum. Haec proculdubio habent auctorem Johannem Philosophum: in cunctis siquidem Mss. *Johannis Philosophi*, aut *Johannis Ozniensis Armeniorum Catholici*, aut *Johannis Philosophi Ozniensis* nuncupationem praeseferebant. Sunt praeterea duo quoque Sermones; alter elucidans ritum Consecrationis Ecclesiae, Panegyricus alter de Ecclesiâ nuncupatus; qui etsi in Mss. titulo careant, ob stylum tamen plenissimamque consonantiam cum caeteris ejus scriptis omnino sunt eidem Johanni nostro adscribendi. De hisce omnibus Ozniensis operibus singillatim aliquid vel breviter nos dicere oportet.

Orationem Synodalem habuit Johannes anno 719. in nationali Episcoporum conventu, quem in urbe Tvin, ubi Catholicus tunc temporis degebat, ipse-

met ad Ecclesiae disciplinam instaurandam congregavit. Istud in eâ praecipue notandum est, quod unus inter cunctos Armeniacae Ecclesiae Patres de extremae unctionis Sacramento sermonem expresse habet; invictissimum sane contra heterodoxos argumentum, qui hac de causâ dumtaxat, ut nobis videtur, nunquam eximia Ozniensis opera typis demandarunt. Contra quosdam praeterea, orthodoxos quidem, at nostrorum rituum inscientes Theologos in hac Oratione loquitur Johannes etiam de Unctione cum oleo Catechumenorum in Baptismo adhibendâ. Canones tandem in eâ Synodo prolati, illico post Orationem subduntur. Codicem vero unicum, quem penes nos habemus, ab invidâ aut infideli manu fuisse mutilatam ex eo patet, quod pagina ibi deest ubi additionem in Trisagio *qui crucifixus est pro nobis* defendit Auctor, validis proculdubio in medium adductis rationum momentis, ut ex praemisso argumentorum indice, nec non ex relativis Can. 19. et 20. colligere est. Duo super triginta sunt hujus Concilii Canones, quorum ultimus viam quodammodo parat ad subsequentem contra Paulicianos Sermonem.

In hoc Sermone praeterquam quod execrabiles haereticos Paulicianos jugulat Philosophus noster, novam quoque Occidentalibus praebet de haereticis notitiam: longe enim hi distant ab iis, quos ex historiâ novimus, Paulicianis. Praecipua namque istorum dogmata haec erant: Solem adorare; ex Unigeniti cujusdam pueruli sanguine farinae triticeae

commisto sacrum quemdam cibum, veluti Eucharistiae umbram, conficere; Sectae suae caput eum eligere, super cujus brachia expiraverit puer ille unigenitus, eis circulo insistentibus, hinc inde projectus; et alia hujuscemodi plurima, quae animus horret meminisse. Sermonem hunc atque praecedentem Orationem Synodalem anno transacto publici juris fecimus; ut Eminentissimo ac Reverendissimo Domino Jacobo Cardinali Monico Venetiarum Patriarchae sacram Purpuram solemniter suscipienti exiguum quoddam devotionis nostrae pignus exhiberemus.

Tertium porro Philosophi Ozniensis opus est invictissima quaedam contra Phantasticos Oratio, in qua universos de Verbi divini Incarnatione haeretice loquentes prosternere conatur, contra eosdem dimicans undequaque. Dogma praesertim de duabus in Christo naturis validissimis argumentis defendit; adeo ut ad cognoscendam orthodoxam Auctoris fidem satis sit hanc Orationem vel leviter percurrere. Eam anno 1816. latine redditam typis mandavimus notis ubique adjectis, ut doctrinam hujusce Patris cum sanctorum Graecae ac Latinae Ecclesiae Patrum doctrinam ad amussim convenire ostenderemus. Verum adnotationes illas in hac editione vix necessarias arbitrati sumus.

Hisce expositis, istud non est praetermittendum de Codice, qui tria recensita Ozniensis opuscula continet; quod ejus dimidium, Oratio scilicet Synodalis ac Sermo adversus Paulicianos, penes nos in


Bibliothecâ nostrâ asservatur ; reliquum autem, Oratio nempe contra Phantasticos, Parisiis extat in Regali Bibliothecâ. Unum dumtaxat Codicem aliquando fuisse ex duabus hisce partibus constantem , ex nostrâ nempe et Parisiensi , ne in dubium quidem revocari potest. Idem namque est in utrâque bombycinae chartae color subobscurus ; ipsissimus est linearum cujuscumque paginae numerus : eadem omnino est characterum forma ab unâ eâdemque manu prolatorum ; si figuram utriusque conferas , eandem et quoad foliorum longitudinem , et quoad latitudinem invenies ; quid amplius ? noster Codex initium esse libri palam ostendit ; Parisiensis incipit : Նորին Յովհաննու իմաստասիրի կաթողիկոսի հայոց Լ. Ճնեցւոյ : h. e. *Ejusdem Johannis Philosophi, Armeniorum Catholici, Ozniensis*; qui incipiendi modus ala quaedam opuscula proculdubio praemittenda fuisse demonstrat , haud enim diceretur *ejusdem* , nisi alia quaedam ipsius Auctoris opera praecessissent. Parisiensi Codice iterum atque iterum fideliter exscripto Bibliothecam nostram ultimis hisce temporibus exornavimus.

Aliud Ozniensis opus est Commentarium in Horas Canonicas hoc ordine dispositum. Prius loquitur de officio Matutino , ac de Oratione , quae ad solis ortum fit ; procedit deinde sermonem instituens de Tertiâ, Sextâ, et Nonâ: de die Dominicâ, quae *Prima-Sabbati* nuncupatur, postea disserit.

Praeterea fragmenta quaedam ex aliis sacrorum Armeniacae Ecclesiae rituum interpretibus ; quippe

quae Johannis nostri nomen praeseferunt, huc illuc reperta addidimus, ne quid ex indubiis Ozniensis operibus publicâ luce privaretur. Pro coronide tandem duos superius commemoratos de Ecclesiâ sermones amatoribus Sacrae eruditionis exhibitos volumus.

Verum ad recensita opera interpretanda gradum faciamus.



ՅՈՎԱՆՆՈՒ ՓՐՍՍՏՈՒՐԻ

ՕՉՆԵՅԻՈՅ

ԱՏԵՆԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ



JOHANNIS PHILOSOPHI

OZNIENSIS

ORATIO SYNODALIS

ՅԼԵԿ ԳՐՈՅՍ

Լ. Պարտաւորութիւնս իւր ըստ ատանդնուամբն էնեցադին ուստանաւորութիւնէ մեանգամայն եւ անգորութեանն . եւ յաղագիս ան ատանաւորութեանն , եւ ատանորայարգիս ուղիւն շնորհաց շոգորայն սորա . եւ ընդ այր ուրոտի ճեռնն պարտասարեաց անգամայն անպիտի պատարտութիւն անտանոր 'ի յարտեւսարտութեանն : Այս լիւն պիտորդ հասանեալ ապա այնորիտի որալ պիտին 'ի կարգի քահանայութեանն եւ ատանդնորութեանն : Այս լիւն սրայիս քահանայաց հարազատն պանապանս գործեաց , գեղեցիկ պարտահամայն պարտահանութեանն . յատանդնուամբն ատանդնութեանն մեծութիւնն , եւ յերկրորդ դասն պարտայն ատարտութիւնն : Օգնի որոյ յորդորտանն բան ատանաւորութեանն . եւ լիւն անոր ճեռնարկէն հանարէր պահանգութիւնն ան շարժարանայն , եւ շարտապետութեանն արարչագործ արեւոյնն :

Բ. Մեծատարտութիւնն պիտանէ , որի այլաչեւապէս եւ ոչ մեղ օրինակաւ կարարէն պահանսն եւ պիտոնս եւ պիտարգիս պարտասանս :

Գ. Թէ պիտանն արտանանանն եւ պանապանն լուսատարտութեանն քարէղէն եւ ոչ քարէղէն պարտ է հասարատել . եւ մի հանատանէն , եւ պատանդնայն արարելալ այնպիսի ինչ յօրինակ ատանու . որ մանատանոր ոչ կամօք , այլ նորընծայ քահանայի պարտաշտութիւնն պայն բերէր :

Դ. Այնն իւրոյն սրբոյ լիւն յերիս բաժանի , եւ պանապանաբար կարարի նոցա ատանմանս գործատանութիւնն :

Ե. Թէ պայտսիկն որ մարտինն նախ յերտնայութեանն կարգ պարտ է ածել , եւ ապա մարտել :

Չ. Այստ հանարէրք բապտիստանամբ 'ի վերայ քահանայայն , որ 'ի պարտութեանն իւրեանց պիտաս , եւ ըն-

ARGUMENTA *.

- I. **D**escriptio amoris ejus erga literas, ejusque in Deum charitatis, atque divinae in eum providentiae. Item, per quem Deus tantâ sobrietate ei praeparaverit amoris erga literas alimentum. Item, quomodo per illas postea propensionem habuerit, ut se ad Sacerdotii ac Praelaturae ordinem daret. Item, quo pacto temporis vicissitudo varios operata fuerit et pulcherrimos magnique momenti eventus, virtutis antea magnitudinem, ac deinde honoris abundantiam. Posthaec, hortatoria ad hanc virtutem verba; et exinde fieri posse, ut dominicarum passionum imitatio, atque creatricis providentiae doctrina assequatur.
- II. Conquestio de iis, qui diversimode, non autem uno eodemque modo, disciplinas et ritus statasque ministraciones peragunt.
- III. Dominicum Altare et illuminationis Fontem de lapide, non autem de ligno, condere oportet: non esse disceptandum, nec aliquod a priscis peractum sumere decet ad exemplum, quod involuntarie potius agebatur, inchoatique illius temporis opportunitas poscebat.
- IV. De sacro Oleo, quod trifariam distinguitur, atque diversimode uniuscujusque ministratio perficitur.
- V. Qui baptizandi sunt, prius ad catechismos vocentur, posteaque baptismo abluantur.
- VI. Jussum comminationibus prolatum in Sacerdotes, qui ob suam socordiam sponsum spon-

* Hoc pacto, hocque ordine uniuscuiusque capitis in Codice praemissa reperiuntur totius Orationis synodalis argumenta.

հարան ոչ քանին յեկեղեցիս, և ոչ ինքեանս պահէն, այլ յիւրաքանչիւր դրոսնս և ընդ Յեռն աշխարհականաց զայս առնեն :

Լ. Յաղագիս երկրորդականաց՝ Լե յայտնապէս և մի գաղտաբար զուգեացին :

Բ. Թէ յայտնառնէն օր արժան է հարարել զՋրոյն օրհնոռնէ, յէլ արհանելով՝ ՚ի նա սաղմոսէ, և աւետարանն ընկերանու. և յառնօրեայն նորին սփնդրեան աւետարանն և զաւետեացն և զՏէրբարոռնէն հասասարապէս ընկերանու :

Թ. Թէ պարս է ՚ի սբ քառասներորդս պահոյն պարարագ ճարտանցանէ շաբաթու և իիւրակէի : Յորոճ և զխորհորդ միաշաբաթուան յայտնէ գովասանական բանիս :

Ժ. Թէ արժան է իիւրակէի առար յայգապաշարսն առնել :

ԺԼ. Թէ զէնչ խորհորդ ունիցի շաբաթ օր և որպիսի հարգաւ պարս է պարառել զնա :

ԺԲ. Խորհրմաբանոռնէ առ այնոսիչ, որ արգելան յօրհնելոյ զխաչս և յօծանելոյ իւղոճն՝ որ կոչի մարոճն :

ԺԳ. Ելե զԱռբ ամբար յԱրդի մայն սասցեալ է և ոչ ևս ՚ի Տայր և ՚ի Տոգի. յաղագիս որոյ և զԱյսեցարն զհեթ բերել արժան է զէնի մոյ մոյ ստառնէան : Յորոճ և Լե ընդէր յառաւօտինս և յերեկոյնս պաշտամանս ՚ի վերջն անցոացանէն զԱռբ ամբար. Իսկ յորոճ առար պարարագ ճարչի, ՚ի սկզբանն նուագեն :

ԺԴ. Թէ զէնչ խորհորդ ունիցի առաւօտին պաշտամանն սաղմոսն և աղօթ և հարգաբրոռնէան նոցին :

ԺԵ. Թէ զէնչ խորհորդ և յերեկոյնս պաշտամանն գրանիցի ՚ի սաղմոսս և ՚ի կոչորդս և յաղօթս և ՚ի նոցին հարգաբրոռնէս :

ԺԶ. Յաղագիս բովանդակոռնէ սասցելոյ ճատիցս սասցեալ բանս ինչ սակառոս :

samque ad Ecclesiam minime perducunt, neque ipsimet coroná praecingunt; sed in cujusvis domo, et per saecularium manus peragunt.

- VII. *De bigamis: ut palam, minime vero in abscondito, matrimonio jungantur.*
- VIII. *In die Epiphaniae facienda est aquae benedictio, oleum in eam infundendo, psallendo, atque Evangelium legendo; in octavá autem indiscriminatim Evangelia Nativitatis, Annuntiationis et Baptismi legenda.*
- IX. *In sacrá jejuniorum Quadragesimá Missa celebranda est in Sabbatis et Dominicis diebus. Ibidem et primae Sabbati mysterium laudationis verbis explanatur.*
- X. *Decet, Dominico die nocturnum Officium agere.*
- XI. *Quid sit mysterium Sabbati, et quo ordine oporteat eum colere.*
- XII. *Reprehensio in eos, qui Crucem benedicere, easque oleo, quod Myron vocatur, linire ventant.*
- XIII. *Sanctus Deus ad Filium solummodo cantatur, non autem ad Patrem quoque et ad Spiritum; ideoque effatum illud: Qui crucifixus es, decet post quemlibet versiculum addere. Ibidem etiam, quare in matutinis vespertinisque Officiis Sanctus Deus prope finem transferatur; quum autem per diem Missa celebratur, sub initio concinnetur.*
- XIV. *Quodnam praeseferant mysterium matutina Officia, et Psalmi, et orationes, eorumque dispositio.*
- XV. *Quod mysterium etiam in vespertino Officio reperiat, in Psalmis, et in Antiphonis, et in orationibus, et in eorum dispositione.*
- XVI. *Quaedam verba pro epilogo earum, quae dicta fuere, breviter prolata.*

ԺԿ. Արհարարութի բանից, զոր ասանէ ընդ ծողովեալ հա-
ճօրէն Էպիսկոպոստանս աշխարհիս Տայոց, յա-
զափս թէ զասացելոց ճառիցդ բանս օգտութի ընդ
հանոնական գլխովք համառօտել:

ԺԸ. Այն ինչն հանոնչն, զոր միաբանաբար կարգեցին,
մանգամայն էրեսոան և էրչոս գլուխս:

- XVII. *Seruonis repetitio, quam habet ad omnes congregatos Episcopos nostrae Armeniorum regionis, ut per Canonum capita perstringantur habiti sermonis verba.*
- XVIII. *Ipsimet Canones, quos unanimiter statuerunt (Episcopi), triginta duobus capitibus comprehensi.*

ՅՈՎ ԸՆԴՄԻ ՓԻՂՈՍՈՓԱՅԻ

ՀԱՅՈՑ ԿԱԹՈՂԻԿՈՍԻ

ՅԱՌԱՋԻՆ ԿԵՆՏԱՂԵ ԻՒՐ ԵՒ Ի ԳԱԼՆ ՅԱԹՈՒ
 ՀԱՅՐԱՊԵՏՈՒԹԵԱՆ
 ԵՒ ՀԱՍՏԱՏԵԼԻՐԱԶՄԱՊԱՏԻԿ ԵՒ ԶԱՆԱԶԱՆ ԿԱՐԳՍ
 ԵՒ ԿՐՕՆՍ ԵԿԵՂԵՑՒՈՅ

Ա. **Ն**ԱՄԲԵՐՈՂԱՅՆ նախատիպ մեծն Յովը ա-
 սէր երբեմն յիւրում բանսն, նեղեալ 'ի
 փորձանացն արկածից, «Ո՛վ առնէր զիս ըստ աւուրցն
 առաջնոց», միանգամայն 'ի բաց եղեալ զբաջողչուի
 զընչաւէտուի և զբազմորդուի: Օնոյնս և ես հան-
 դերձ հառաչմամբ բարբառիմ 'ի դիպուածոց աստի
 վտանգեալ. ո՞վ զիս անցելոցն առաջի դնէր ամանա-
 կաց, վերստին զմանկական տիոցն զգեցուցանելով
 զհասակ: Յորում ճոխացեալն էի հայրենատուր հո-
 դեկան ընչիցն առատութիւն. և զարդարեալ հրճուէի
 եօթնամասնեայ հոգւոյն պատմուճանաւ, և շնոր-
 հացն պսակաւ փառաւորեալ գլխոյ իմոյ. և զա-
 ռաջնորդականին իմոյ կախեալ զպարանոցէ զոսկե-
 տեսակ քայռամանեկին զգեղեցկուի: Եւ ամենևին
 զամենայնն ընդ իս բերէի զհարսնական յօրինուա-
 ծոյն զգեստ, պատշաճ լինելով յերկնայնոյն պար-
 փակիլ փեսայի առաքաստ: Քանզի արդարև զար-
 դարի պատկերս առաքինութեն երանգովք ըստ նա-
 խատպին կերպարանեալ, որպէս ճշմարտութեանն
 և ինձ թուի:

DOMINI

JOANNIS PHILOSOPHI

ARMENIORUM CATHOLICI

PRIMA EJUS VITA

EJUS AD PATRIARCHALEM CATHEDRAM ADVENTUS

PLURIUM VARIORUMQUE

ECCLESIAE RITUUM AC DISCIPLINARUM INSTAURATIO

i. **P**ATIENTUM prototypus magnus Job dicebat aliquando verbis suis, afflictus a calamitatum tentationibus: ¹ *Quis me faciet juxta dies pristinos?* quippe qui sanitatem, opulentiam, filiorumque copiam unâ simul amiserat. Eadem et ego ingemiscens profero praesentibus percussus eventibus. Quis me transactis repraesentabit temporibus? iterum juvenili me vestiens aetate; in qua spiritualis opulentiae copiâ a Patre largitâ dotatus eram, ac septiformis Spiritûs stolâ ornatus exultabam, gratiae diademate gloriose coronatus, atque regalis aurei monilis pulchritudinem ex collo pendentem in me habens; ita ut omnem omnino sponsalis ornamenti vestem mecum ferrem, jure promerens in caelestis sponsi thalamum recipi. Siquidem profecto virtutum coloribus ornatur imago juxta prototypum efformata; quemadmodum veritati mihi-que videtur.

¹ Job. 29. 2.

Յայնժամ բոլորովին ես ինքն էի լուսատեսիլ՝ յաճայնոյ Թափանցանց լինելոյ նշուզից . զոր իբրև մաքուր հայելեաւ առ իս զփրկչականն ձգելով դիմի զնմանուէի, հանգոյն արեգական՝ ի խորս ուրեք ընդ յստակու թի ջուրցն առաքելով զիւր ճառագայթան : Եւ նախ նորին ստէպ ստէպ հոգւոյն ուղիսից վտակօք ուռգանէր զարգաւանդ երկիր մտաց իմոց . և որպէս ՚ի ծաղկահոտ գինի՝ սպունդ ինչ Թացեալ, այնպէս լցեալ ուռճանայր ՚ի նմանէ բանական իմ ոգի . մինչ զի կարել ասել ինձ զյայն ժամու պատահիցն իբրև զայլմէ պատմելով, « Մանուկ էի մտավարժ, և ոգւոյ բարւոյ դիպեցայ », : Բանզի և վարժապետ վեհագոյն ունէի յայ պարգևեալ ինձ, հայր միանգամայն և հրահանգող հոգեկան վարժուէց՝ զինն (Սեդոօրոս, ըստ մերու մտն՝ աճաշնորհ՝ պատշաճեալ լէզուի . որ ոչ զառ յինքենէն և եթ բաւականանայր շտեմարանել յիմու մտ ոգւով զբարին, այլ ՚ի յորովից զպայծառագոյնան ծաղկաբաղ առնելով զշնորհաց, լիացուցանել զագահու թէն իւրոյ ինև ջանայր զուսումնասիրութի . և գրեթէ յաղգմանէ հոգւոյն՝ զլինելոցս նախատեսեալ, զառ ՚ի յոքունցն հաւաքեալ պատրաստէր լինել բազմաց պիտոյից նիւթ, ծածկաբար զնոյն առ իս բարբառելով . « Աեր մանր զմատեանդ զայդ » պատգամատարդ հրաւիրեալ լինել իսրայելեանն աղին :

Եւ եթէ երբեք ուրեք խորհի արդեւք զհրամանացն խորտակել զլուծ, և խզել զաշխատութեն սամեաէս, այլում ումեք ակն դնելով կենցաղական տարփանաց, աստուածայինն շնորհ անդրէն ձգեալ բերէր զիս կապանօք սիրոյ իւրոյ, սաստելով յահանջս խորհրդոցն իմոց, « Օ ի կայ քո և ճանապարհին եղիպտացւոց, ըմպել զջուրն Վեհոնի », : Յաղագս որոյ ապա հաւանեալ իմ այսոքիւք՝ իբրու թէ ձայնիւ կոչողին զիս նոյ, զյանձնառականն ընդ առաջ տանելով բան, « Մհաւասիկ եմ ես, առաքեա՛ զիս », : Օ որ օրինակ ձի որ նորավարժ ոչ կարացեալ յինքենէ զվերելակն իւր ՚ի բաց ոստուցանել, զկամայ սանձիցն բռնադատութի դժոխականուէն իւրոյ եդեալ՝ դուր ծիցէ քաջ հլու թէ ասպարէզ :

Tunc ego ipse totus luminosus eram divino pervasus splendore; unde veluti per speculum nitidum ad me trahebam Salvatoris vultus similitudinem, qui solis instar in profundius spatium radios suos per aquarum puritatem mittebat. Atque primum rivulis torrentis ejusdem Spiritus saepe saepius irrigabatur fertilis mentis meae terra; et sicut in floriolens vinum spongia quaelibet intincta, ita sane rationalis anima mea ab eo repleta germinabat: adeo ut dicere queam de felici illo meo statu, veluti de alio enarrans: *Puer eram ingeniosus, sortitus sum animam bonam.*¹ Habebam enim et magistrum excellentem a Deo mihi donatum, patrem simul et doctorem spiritualium disciplinarum, meum Theodorum, qui juxta nostram linguam *a Deo donatus* interpretatur. Qui nequaquam satis esse arbitrans, ut sui ipsius bonum dumtaxat in animam meam insereret, ex multis immo clariores colligens gratias, florum instar, aviditatis suae amorem erga literarum studium per me explorare nitebatur. Atque fere per Spiritus inspirationem futura prospiciens, collecta illa ex plurimis praeparabat, ut materia pluribus necessaria fieret; tacite divinum illud ad me loquens: *Comede minutatim volumen istud*², nuntius tu constitutus pro gente Israël.

Quod si umquam forte cogitassem maudatorum jugum confringere ac laboris lorum dirumpere, oculum alienis saecularibus desideriis figens, ipsa divina gratia a retro trabens me ferebat amoris sui ligamine, instrepens in aures consilii mei: *Quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam Gihonis?*³ Quapropter ego demum, ceu per Dei me vocantis vocem, fui demum persuasus, acceptationis proferens verbum: *Ecce ego, mitte me*⁴; quemadmodum equuleus equitem a se dejicere non potens, quam nollet, fraeni vim invitus aversioni suae superimponens, longum iter percurrit obtemperans.

1 Sap. 8. 19.

2 Ezech. 3. 1.

3 Jerem. 2. 28.

4 Isai. 6. 8.

Եւ յայսպիսիք յիսկզբանն առ իս նյ նա խախնամունէն մեծուի: Արով իւրիք աւասիկ էս այժմիկ հարկանեմ զանձն իմ և նուաստանամ, հարցափորձեալ 'ի նոնէ՝ թէ զիւրդ անհանճարեղազունի հասակին տուեալ զգործոցն խոհականութի, իսկ զգեղապարէն ուսեալ ներշնչանակացն, և մակացականօքն փարթամացելոյ, զյուրովս անդուստ 'ի բաց յուղարկեցաք զգործնական իմաստութիւն. մինչ զի ըղձալի լինել ինձ այսօր, որպէս յառաջն ասացի, հանդերձ կատարելութիւն և պատուոյս բարձրութիւն ալ հանդիպել մատաղազունի և անթարչամ 'ի մեղաց եղելոյ հասակին, եթէ պարտ է ըստ առաքելական բանին զպիտանի և զընտրեալ անօթ ընու պատուական գանձու՝ վրկայք լինելով յարմարութե միմեանց հանգիտաբար և ազգակցապէս:

Եւ զի մի թուեցայց այսգունիւ բերեալ ցանկութի զՊեղիայ զթետաղացոց գողոզին ախտանալ, որ զգառամացեալն իւր Սիդիայ առաջի առնէր առ 'ի յօշել զմարմինն՝ որպէս թէ 'ի մեռելութենէ առ մանկուի զծերութիւն փոփոխել յուսալով, դարձցուք և զկարելոյն բուռն հարցուք՝ 'ի բաց զնելով զանհրնարիցն մտածուի: Օ ի կարելի է բանական կենդանոյս՝ ամենեցուն յամենայն ժամ լինել զինչ և կամեսցի. թէպէտ և ոչ համանգամայն 'ի միօջէ և 'ի նմին ժամու ներգործելով զներհականսն. որ մանաւանդ ըստ զօրութե երկոքին 'ի նմին դտանին 'ի մարդն:

Եւ պարտ է այնմիկ՝ որ զխոստացեալն իբրև զըմբռնեալս յուսովն ողջունել գիտէ, յարատեւողացն և դժուարաշարժիցն հոգ տանելով ձգել ձեռն: Արք միանգամ բնաւորեցան կամ ոչ հեռանալ 'ի մարդոյն, կամ թէ հեռացեալ՝ վաղվաղակի վերստին դառնալով յարահիւսել. և այս են առաքելութիւք, որք առ հասարակ հոգոյ և մարմնոյ զփառացն 'ի գլուխ յօրինեալ կապէ զպսակ: Վանզի այլք 'ի տրաւ մաղրութեանցն ժամանակաւ տրամակայեալ, լու

1 Iisdem fere verbis usus est Serm. III. §. 19. in Gen. cujus de Agar loquens Philo Judaeus opera ex graeco originali ar-

Tot et tanta in principio erga me divinae providentiae magnitudo: unde ecce ego nunc meipsum redarguo et humilior, Deo me sciscitante, cur nam in insipientiori aetate magis prudentiae operibus incumbens atque pulcherrimas studiorum choreas ducere ¹ edoctus scientiisque locupletatus majorem practicae sapientiae partem abjecissem; adeo ut optarem hodie, quemadmodum jam dixi, unâ cum perfectione istâ et dignitatis hujus fastigio ad eam tenellam haud pro peccatis arescentem aetatem reverti; quum, juxta apostolicum verbum oporteat, vas utile et electum pretioso thesauro implere, ut sibi invicem similitudine affinitateque sint testes.

Ne tamen videar hocce ductus desiderio, Pelei Thessalorum tyranni vitio laborare, qui decrepitum suum corpus Medae proponebat dilaceraturum, se-nectutem suam sperans de morte ad juventum transmutandam fore; convertamur, et ad ea, quae fieri possunt, manum admoveamus, sepositâ eorum, quae fieri nequeunt, cogitatione. Cunctis namque ratione praeditis animalibus licet semper quicquid velint facere; etsi non unâ, eâdemque horâ in se habere possint ea, quae sunt actu contraria, utraque tamen virtualiter in eodem homine reperiuntur.

Ille autem, qui per spem novit, promissa, veluti accepta, complecti, debet diligenter aggredi res permanentes atque immotas, quae soleant ab homine aut minime recedere, aut si recesserint, cito rursus conversae firmiter copulentur. Hae sunt virtutes, quae spiritum pariter et corpus coronâ gloriae praecingunt. Caeterae namque affectiones aliquandiu commorantes invicem dissolvuntur; virtus autem in nobis semper vult commorari. Hac enim de causâ

Ծանե՛ն զմիմեանս . իսկ առաքինութիւն Տանապա-
 զորդ 'ի մեզ խնդրէ բնականալ : Ա՛յն զի յայտ իսկ
 և գոյացուցին զմերս Տաստատեաց բնութիւն , զի
 բարեգործք և անժասէրք եղիցուք . և ինքնիշխանու-
 թե՛ն կառօք՝ իբր 'ի տեսարանի ումեք 'ի սոսա նա-
 Տատակել Տանդիսասցուք . կնքելով որպէս թագաւ-
 որական մատանեաւ անժայինն երկիւղիւ զսիրտս մեր
 և զձեռս , ընդ որս յարմարեալ պատկանի խորհուրդ
 և գործ : Օ՛ ի նոքումք իրօք , որովք առ մահն սո-
 զոսկեալ անկաք , առ կեանսն դառնալ վերստին գի-
 տիցեմք : Օ՛ կնի որոյ ապա ճշմարիտ և քաջ հովուա
 պետին Տնարել Տանգիտատիպ առ նմանութիւն , զառ
 'ի նմանէ 'ի վայր մնացեալսն 'ի մերումս ընդ մարմ-
 նի զվշտամբերութի . մինչ զի կարողք լինիցիմք հա-
 մարձակապէս որոց իշխիցեմքն հրամայել . « Ամանողք
 ինձ եղիցիք , որպէս և ես Վ՛սի » : Տանդոյն նմա ա-
 ռաջի երթալ ընդ պատուիրանապահուէն շաւիղս .
 և զսուղելոյն ձայն միշտ 'ի լսելիսն հնչեցուցանել
 զաւետարանական քարոզութե՛ն վարդապետութի ,
 զառողջ և զանվնաս բանիցն ճարակեցուցանել դա-
 լարիս , և առ մնուցիչ հոգեկան պատգամացն մնու-
 ցանելով ջուրս , մակաղել՝ որ արտաքոյ ապականա-
 ցուիս այսորիկ է՛ 'ի հրաւիրեցելումն զմեզ վայրի .
 անխրամատելի երեքկին շրջապատել զնոսա պարբս-
 պաւ եռանձնական հաւատոյն խոստովանութի : Այլ
 ընդ գազանացն կռուել յարձակմունս , զի մի քայ-
 քայեալ ցրուիցին մերձ 'ի դժոխս՝ գեղեցկապէս մի
 աւորեալ Վ՛սի անդամքն . այլ ամենեքին միոյ գաւթի
 միոյ քնական գաւազանին յարդարեսցին լինել հօտ :

Բ. Վ՛ԱՆՁԻ տեսանեմ 'ի յուրվագոյն և 'ի ծանր
 իրս անկարգութի բազմացեալ , ոչ միայն 'ի ժողովրդ
 դականս , այլ առաւել յուխտի մանկունս , և յա-
 ռաջնորդս եկեղեցեաց : Արք մին լեզու՝ 'ի ձեռն միոյ
 քարոզի 'ի մի ելաք ճշմարտութեան ճանապարհ . և
 արդ բազմահետք և բաշմաշաւիղք եղաք , յանչափա-
 բար և զանազան և այլաձևսն առնելոյ՝ թէ զվարս և

vel ipse Creator nostram condidit naturam, ut benefactores essemus atque amatores Dei, et per liberi arbitrii vehiculum, tamquam in theatro quodam, dimicantes conspiciamur, cor nostrum ac manus, quibus cogitationes et opera ad amussim aptantur, veluti regio annulo, divino timore obsignantur, ut iisdem rebus, per quas dilapsi in mortem cecidimus, ad vitam iterum redire valeamus. Hisce positis, studeamus deinceps vero bonoque pastorum Principi accurate assimilari, *adimplendo ea, quae desunt passionum ejus in corpore nostro*¹; ita ut eis, quibus praesumus, fidenter praecipere possimus: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*². Imitatores illius praeceamus per viam observationis mandatorum; et vocis sibilum, evangelicae nimirum praedicationis doctrinam, semper in eorum aures ingeramus; eosque salubrium innoxiorumque verborum herbis pascamus, et secus nutrientes spiritualium oraculorum aquas refocillando ibidem alamus, ubi extra illud, quod corruptibile est, invitati sumus; triplici quoque indissolubili muro eos circumdemus, trium videlicet, juxta fidem, Personarum confessione; et contra ferarum incursiones collectemur, ne Christi membra pulcherrime conjuncta dispergantur divulsa prope ad inferos, sed omnia unus efficiantur unius ovilis, uniusque dominici baculi grex.

II. MULTIPLICIA namque video in plurimis gravisque momenti rebus vitia, non in saecularibus dumtaxat, verum in Cleri pueris, potius, et in Ecclesiae raectoribus. Qui unâ linguâ per unum praedicatorem³ unam aggressi sumus viam; nunc tamen multa premimus vestigia, multosque tramites praeter modum; atque diversimode, et aliis aliisque formis tum mo-

3 Per unum videlicet S. Gregorium Illuminatorem.

Եթէ զփառաբանութիւնսն որ առ ւած . մինչ գրեթէ զնոյն կրել զվնասս ըստ Հնոյ պատմութեանն՝ պառտերազմել մեզ այր ընդ եղբօր , և այր ընդ ընկերի , քաղաք ընդ քաղաքի և օրէնք ընդ օրէնս : Արկրահան զբօսանօքն և վաճառացն տուրևառութեամբք խօսակիցք և հաշուակիցք իրերաց լինելով , և առ խաղաղութեանն ւծ ժողովեալք՝ զխաղաղութիւնն խնդրել խուճապիմք և խռովիմք : Այլ իբրև այլազգիք և այլալեզուք՝ տանիմք և բերեմք զմիմեանս , լինելով առ նմա խուժ , և այլք այլոց դուժ :

Գ. Անո՞ր որովք և զայս եհաս տեսանել . զի ՚ի տեղիս տեղիս զսեղանս և զաւազանս ոչ առնեն ըստ հրամանի և աւանդութե երանելեացն մերոց հարանց՝ քարեղէն և անշարժաբար զերկոսիսն հիմնացուցանելով . այլ զսեղանն փայտեղէն և շարժուն առնելով , իսկ զաւազանն ըստ պիտոյիցն՝ ըստ ժամուն և ըստ տեղեացն , որ ինչ անօթով և ՚ի ձեռն գայցէ , կատարեն զկարգն : Արելով տարացոյց իւրեանցն սխալանաց տղայապէս և անփորձաբար , եթէ առ հարկի ՚ի սկզբանն յուժեքէ երազազրաւելի ինչ ցուցեալ եղև գործ : Արպէս Վճի սովորական սեղանան ՚ի վերնատանն կատարել զխորհուրդ մարմնոյ և արեան իւրոյ , և Վիլիպպոս զնեքքինին յոր և իցէ ջուր մկրտեաց . նոյնպէս և վասն այլ առաքելոցն՝ ցուցանէ , ասեն , պատմութիւն՝ եթէ այլաձևապէս միմեանց , և որպէս զիարդ և ժամն խնդրէր՝ ընդ երկոսեանն անցանէին խորհուրդս : Այլ սուրբն մեր Առսաւորիչ փայտեղէն ընդ ինքեան շրջեցուցանէր , ասեն , սեղան . և ՚ի գետս և ՚ի վտակս , յոր և հասանէր , մկրտութի կատարէր : Առ որս ՚ի դէպ է ասել . եթէ ամենայնք ՚ի Վճե եղեալքն , սկզբ , յօրինակ մեզ բերելի է , ապա հարկ է և երեսնամեայ մկրտել . և թլփատել ութօրեայ , և երեքօրեայ

res, tum erga Deum doxologias perficimus: ita ut eandem fere experiamur noxam, quae in veteri historia commemoratur, pugnare videlicet inter nos virum cum fratre, et hominem cum proximo, urbem adversus urbem, et legem adversus legem¹. In terrenis conversationibus, atque in negotiationum commerciis colloquimur, et pacta ad invicem firmamus; verum coram pacis Deo congregati ad pacem postulandam perturbamur et confundimur: et quasi alienigenae, alienaeque linguae homines, detrahimus invicem et sejungimur, non secus ac si iste fuerit illis barbarus, atque illi caeteris barbari.

III. INTEREA et istud nobis videre obtigit, quod quibusdam in locis Altaria, et Baptisteria non extruuntur juxta beatorum Patrum nostrorum praeceptum traditionemque, ambo lapidea et immobilia condendo; sed ligneum ac mobile altare quidam erigunt, et consuetum perficiunt lavacri ritum pro necessitate, ac pro tempore, et loco, per quodlibet vas prae manibus in promptu occurrens, suorum excusationem errorum pueriliter quidem, et imperite adferentes, si quidpiam priscis temporibus festinanter ab aliquo (*viro*) monstratum fuerit opus: a Christo, exempli gratia, qui ad communem mensam in caenaculo corporis et sanguinis sui Sacramentum confecit; et a Philippo, qui, ut ut accidit, Eunuchum in quavis aqua baptizavit. Similiter, ajunt, de aliis quoque Apostolis demonstrat historia, quod diversimode ab invicem, et quomodocumque tempus posebat utrumque conficiebant Sacramentum. Sanctus quoque Illuminator noster ligneum, inquit, secum ferebat altare; atque in fluviis rivulisque ubicumque advenisset, baptismum peragebat. Quibus dicendum est: O vos, si universa a Christo acta nobis ad exemplum adducenda essent, ergo oporteret, et triginta annorum unumquem-

¹ Id est unius provinciae proximam seu legem adversus alterius provinciae legem. Sicut in Gr.

sic et in Arm. νόμος, νομός, ορθή, & γωνία. legem atque provinciam significat.

յառնել, և քառասնօրեայ յերկինս համբառնալ. զի ըստ այսմ օրինակի զայսոսիկ հաճոյ թուեցաւ ներգործել Վրսի: Եւ զինի ընթրեացն յերեկո-րին ժամու հաղորդել խորհրդոյն, զի արն ուրանօր զհինն աւարտեալ կնքեաց, անդանօր և իւրումն հիմն ձգեաց նորոյ ուխտի: Եւ այժմ բազում ժամս 'ի միջի կատարեմք ընդ մարմնաւորականն և ընդ հոգևորական սեղանն, և ութօրեայ մկրտիմք: Իսկ վասն թլփատուէ 'ի Պաղոսէ ընկալաք հրամանս. « Եթէ թլփատիք, ասէ, Վրս ինչ ձեզ ոչ օգնէ »: Իսկ նախ քան զկատարածն յարութի տալ մարդկային բնու-թէս՝ Հիմենոս և Փիղետոս այսմիկ սկիզբն արարին ամբարշտուէ բանից: Եւ ոչ ընդ դրունս երկնից կարողութի է ումք անցանել աստտին կենօք 'ի մարդկանէ, « Ուր կարապետն մեր Յս յառաջեալ եմուտ »:

Վարձեալ առաքեալքն զյուլով ժամանակս 'ի տա-ճարին զառ 'ի Վրիստոսէ նոցուն կատարէին աւանդեալ խորհուրդս. եթէ զաղօթից, եթէ զհաղորդութան: Իսկ այժմ կանոնական սահմանաւ զմեզ պարսպեալ զգուշացուցին նոցին աւանդապահք և ժառանգորդք, ոչ երթալ 'ի ժողովարանս և 'ի մատրունս Հրէից կամ հեթանոսաց: Եւ առաքեալքն ընդ Հրեայս յիւրեանց ժամանակն զսրբոյ պատեքին տօնախմբեցին զօր. իսկ 'ի մէնջ եթէ որ յանդգնեսցի ընդ Հրեայս տօնել, և կամ յառաջ քան զգարնա-նային հասարակաւորութին, և նախ քան զմիաշա-բաթին օր լուծանել զպահսն, ընդ նշովիւք 'ի հարկէ անկեալ գտանին:

Եւ ուրեմն զայն՝ նորագիւտ և դեռահաւակ ժա-մանակն ստիպէր առնել այնպէս. իսկ այս՝ խորհրդոյ և անձային տեսչուէն. զի մեծուի առաջի անկեալ իրաց՝ զփոքումքն զանց առնել և անտեսել վարդապե-տէ: Վասնզի անփոյթ առնել ծանունցն՝ համանգա-մայնցն է 'ի բաց բարձումն. իսկ թեթեւադունիցն՝ անժամանակ առ ձեռն պատրաստ կազմութե. զի որպէս 'ի խաւարի՝ և աղօտաճաճանչն է պատուեալ

que baptizari, et octiduum circumcidi, et tertiâ die resurgere, et quadragesimâ die in caelum conscendere: hoc namque modo haec Christo peragere placuit. Item quoque post coenam horâ vespertinâ Mysterio communicari; quoniam Dominus ubi vetus illud perficiens obsignavit, ibi per suum quoque novi testamenti fundamenta jecit. Nunc autem multas horas interponimus corpoream inter spiritualemque mensam, et octidui baptizamur. De circumcissione sane mandatum accepimus a Paulo: *Si circumcidamini, inquit, Christus vobis nihil proderit*¹. Ante finem vero² fieri humanae naturae resurrectionem, Hymenus, et Philetus fuerunt hujusmodi verborum impietatis auctores. Nemini porro ex hominibus est potestas in hac vitâ per caelorum portas transire, *ubi praecursor noster Jesus antecedens introivit*³.

Item Apostoli per multum temporis in ipso templo mysteria sibi a Christo tradita peragebant, sive orationum, sive communionis; nunc autem nobis eorundem traditionum observatoribus et haeredibus per canonicas constitutiones praeceperunt ne Judaeorum aut Gentium synagogas vel templa adiremus. Ipsi quoque Apostoli suis temporibus unâ cum Judaeis festum sanctae Paschae diem celebrarunt: si quis tamen nostrum auderet cum Judaeis celebrare, vel ante vernale aequinoctium, atque ante primae Sabbati diem solvere jejunium, anathematis poena fit continuo obnoxius.

Illud porro novum adhuc et nuper inchoatum tempus ita peragere cogebat; istud autem est consilii divinaeque oeconomiae opus. Siquidem earum, quae praesto sunt, rerum magnitudo exiguas quaslibet praetermittere ac dissimulare docet. Graviora enim negligere, est universa abrogare; ad leviora autem componenda omne tempus in promptu est. Nam quemadmodum inter tenebras vel ipsum exiguum lumen

² Id est ante mundi consummationem.

³ Hebr. 6. 2.

լոյս, ըստ նմին օրինակի լոյս եղէլոյ՝ և դուզնաբեայ խաւարն վատթարանայ: Յաղագս որոյ ապա հարկ է հաւանութիւն և հաւատովք հետեւել զկնի բոլոր քրիստոսականացս, և սեղան և աւազան քարեղէն անշարժաբար յամենայն եկեղեցիս արձանացուցանել:

Իսկ եթէ ասիցէ որ ՚ի հարցասիրաց և ՚ի լսասիրաց, կ'ը աղագաւ քարեղէն և ոչ փայտեղէն հրամայեցաւ կանգնել մեզ սեղան: Ախ զի և պատշաճագոյն իսկ առ յարմարութիւն խորհրդոյս՝ զնիւթս զայս տեսանեմ եղեալ, որպէս թէ զանյողողգ և զանշարժահիմն փրկութիւն մերոյ իրողութիւն՝ կարծրագոյն և դժոխաշարժելի գործարանաւ տնօրինել: Արկրորդ զի և յառաջագուշակ եղեալ Ասայեայ ՚ի վերայ ամ հեթանոսաց, զոր առ եգիպտացիան պատգամաւորեալ խօսի. « Յաւուր յայնմիկ եղիցի, ասէ, սեղան տն արձան կանգնեալ յերկրին եգիպտացուց, և եղիցին ՚ի նշան յաւիտենից », Արանգի և արդարեւ իսկ սովաւ զյաւիտենական կենացն առ մեզ երաշխաւորեալ տեսանեմ բարութիւն: Որպէս և տնն ասէր. « Սինչև արբից զդա, ասէ, ընդ ձեզ նոր յարբայուեհ հօր իմոյ », Արրորդ թերեւս արդեւք ՚ի հանդերձեալ յաւիտենիկ ՚ի Արտէ զնոյն շնամարտապէս, որպէս և այժմ ՚ի սեղանոյ աստի օրինակաբար, վայելիցեմք: Արանգի և նոյն ինքն Արտ վէմ՝ անուանեցաւ. « Սինն՝ զոր անարգեցին, ասէ, շինողքն՝ նա եղև գլուխ անկեան », և դարձեալ, « ՚ի լեռնէ վէմ առանց ձեռին հատեալ », գուշակէր զնա Ղանիել. և Ասայի ասէ. « Ահա աղբիկ ես զնեմ ՚ի հիմունս Սիոնի վէմ բազմապատիկ, զընտիր՝ զգլուխ անկեանն. և որ հաւատասցէ ՚ի նա, մի՛ ամաչեսցէ »,:

Դ. ԱՅՅՅ տեսցուք և զայս ևս ՚ի կարգիս. զոր մանաւանդ թէ և յառաջագոյն իսկ արժան էր յիշել իբրև զմեծագործ և զբազմերախտ ՚ի Արտէ պարգևեալ մեզ աւանդ: Օ իւզոյն սքոյ ասեմ, որով զհո-

1 Subintelligitur respondimus.

2 Isai. 19. 19.

3 Per Eucharistiae nimirum altare.

4 Matth. 26. 29.

in pretio habetur; eodem pacto exigua quoque obscuritas est adveniēti lumini molesta. Oportet itaque cum consensu et fide universos sequi Christianos, atque Altare et Baptisterium lapideum immobiliter in omnibus Ecclesiis erigere.

Quod si curiosus quisquam interrogandi audientique cupidus dixerit: » Cur nam lapideum, non autem ligneum praecipitur nobis erigere Altare? » Primum, quia magis adhuc convenientem materiam ad Sacramenti commodum video hanc esse; ut scilicet fixum atque immobile salutis nostrae negotium per durissimum et ad movendum difficile instrumentum dispensaretur. Secundo, quia prophetizans de universis Gentibus Isaias haec Ægyptiis annuntiat: *In die illa erit, inquit, altare Domini columna erecta in terrâ Ægyptiorum, et erit in signum aeternum* ². Per istud namque ³ reapse largitâ fide, nobis aeternae vitae bona pollicita fuisse video, quemadmodum vel ipse Dominus dicebat: *Donec bibam illud vobiscum novum in regno Patris mei* ⁴. Tertio fortassis, quia in futuro saeculo Christo veraciter, sicut et nunc symbolice isto altari ⁵, fruemur. Siquidem et ipse Christus lapis nuncupatus est: *Lapis, inquit, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.* ⁶ Item, *per lapidem abscissum de monte sine manibus* ⁷ Daniel de eo vaticinabatur. Isaias autem dicit: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem pretiosum, electum, caput anguli: et qui crediderit in eum, non erubescet* ⁸.

IV. VERUM illud quoque per ordinem videamus, quod antea potius erat commemorandum, utpote magnificentum multorumque beneficiorum aerarium nobis a Christo elargitum; sanctum, inquam, Oleum ⁹, per

5 Isto nempe altari, quod est lapideum.

6 Psal. 117.

7 Dan. 2. 34.

8 Isai. 28. 16.

9 Chrisma videlicet.

գինսն՝ ի մեզ ձգեմք՝ ի Վհն միանալովն, Վանդի յոյժ
 օտարաբար նովաւ և այլապէս ՚ի միմեանց վարիմք .
 զոր և տեսաք իսկ առ մերով ժամանակաւ: Վահա
 նայից ձէթ ընդունել յԱրուսաղէմէ բերեալ, խաչի
 ձէթ զնա անուանելով, և զնոյն նովին ամանօք առ
 մի ըստ միօրէ մկրտեալսն իւրաքանչիւր ումեք վերբս
 տին օրհնել . զոր դանդաղիմ՝ ասել, որպէս թէ բա
 զումանգամ օրհնուիքն, յորովագոյնս ՚ի ներքս յիւզն
 կոչել զչնորհն . և կամ թէ ՚ի գալստենէ նորոյ շնոր
 հին զհնացեալն ՚ի բաց մերժել յամանոյ անտի: Աւ
 դարձեալ նովին ձիթով օծանէին զմկրտեալսն և
 զերախայսն, այլ և զհիւանդս և զեկեղեցի և զսե
 ղանս և զխաչս: Ար թէպէտ և Հոգին մի է, և առ
 հաւատչեայ Հոգւոյն իւզն նոյն է, սակայն բազմազ
 գի մերում ըստ փրկուէն, բազմօրինակ և խորհուրդ
 փրկութեն հրաշագործի . ըստ նմին և տեղիքն որո
 շին ՚ի միմեանց՝ որովք փրկեալն լինիմք, և անուանք
 տեղեացն: Վպա և աղօթքն և գործառնութիւնն ոչ
 ամ՝ զմիոյ մատուցանէ մեզ փրկութեան պարգև, և
 ոչ մին զամենեցուն . և ոչ նմանապէս միմեանց օգ
 տամատոյց մեզ լինելով, այլ երախայսլութեն օծումն
 զհրաւիրականն ունի դրոշմ . և աւազանին օծումն՝
 զըստ հոգւոյն մեզ յարմարէ վերստին ծնունդ . իսկ
 որ զկնի մկրտութեն է օծումն՝ զորդեգրութեն ան ՚ի
 մեզ կոչէ շնորհ: Վարձեալ՝ սեղանն կերակրէ զմեզ,
 և ոչ ծնանի . աւազանն ծնանի, այլ ոչ կերակրէ .
 խաչն մարտնչի ընդ մեր առ թնամիսն, և ոչ ծնա
 նի, և ոչ կերակրէ . ՚ի հիւանդութեն՝ զառողջուէն
 ունիմք կարօտութի, ոչ ևս և զայլոցն: Սոցա ապա
 քէն և աղօթքն և քարոզութիւն և օծումնքն՝ բաժա
 նաբար ըստ իւրաքանչիւրոցն վայելէ լինել խորհր
 դոյ: Աւ պատճառ ոչ ունիմ ասել, զանփոյթն առ
 նելոյ զառաջնոցն այսպիսի խառնափնդոր և եղծա
 գործ սովորութեց, եթէ ժամանակի կարճութի,
 եթէ հիւանդութեց ՚ի վերայ անկումն, եթէ ան

1 Ea scilicet unctio, quae una
 simul cum interrogationibus la
 vacrum praecedentibus fit.

2 Isto unctionis nomine intel

ligit Auctor hoc loci eam caere
 moniam, qua sanctum oleum in
 aquam baptismi funditur.

3 Sanctum scilicet Chrismatis

quod Christo copulati Spiritum sanctum ad nos trahimus. Nimis enim discorditer diversoque ab invicem modo utimur. Videmus quippe nostris temporibus, Sacerdotes oleum excipere ab Jerusalem deportatum, illud *Crucis Oleum* nominare, idemque iisdem vasibus pro unoquoque baptizato iterum benedicere: et, quod referre nollem, quasi multiplicibus benedictionibus plures super ipsum Oleum advocentur gratiae, aut ex novae gratiae adventu antiquata ab ipso vase depellatur. Eodem Oleo praeterea ungebant baptizatos, et catechumenos, et infirmos, et Ecclesiam, et altaria, et cruces. Verum etsi Spiritus unus sit, idemque sit Oleum Spiritûs arrhabo: attamen juxta multigenam nostram liberationem multiplex etiam salutis nostrae mysterium mirabiliter peragitur: unde et loca quibus salvamur, et locorum nomina a se invicem secernuntur: deinde oratio quoque et operatio non omne unius exhibet nobis salutis donum, neque omnibus unum, nec aequali ratione nobis proficiunt. Nam catechismi unctio ¹ invitativum praesefert signaculum; lavacri autem unctio spiritualis nos regeneratione adoptat ²: quae autem post baptismum est, unctio ³ in nos adoptionis Dei gratiam advocat. Praeterea altare nos alit, haud vero gignit: lavacrum gignit, non alit: crux dimicat pro nobis adversus hostes, non gignit, neque alit; in infirmitate vero sanitatis indigemus, non amplius alterius rei. Horum equidem et oratio, et praeconium, atque unctiones disjunctim pro unoquoque Sacramento esse debent. Praepositorum autem negligentiae rationem quoad hujuscemodi recentiores depravatasque consuetudines nescio afferre: utrum fuerit temporis angustia, an morborum instantia, aut quiescentiae defectus ob tyrannorum vexationes. Haec illis, et Deo sunt relinquenda ⁴. Nobis porro, ceu filiis a-

seu Confirmationis sacramentum.

⁴ Id est, quatenus fuerit horum consuetudinum causa, iisdem,

qui illas introduxerunt, Deoque investigandum reliquimus.

պարապու թի յաշխարհակալացն հարստահարու թի . զայս 'ի նոսա և յսծ թող լի է : Իսկ մեզ իբրև հայրասիրաց ոմանց որդւոց՝ զառ 'ի նոցանէ անտես մնացեալն , ձեռն տալովն նոյ , տեսանել արժան է , և 'ի բարեկարգութի և 'ի բարեզարգութի ածել :

Ե . Օ՛ր տեսանեմք առ այսօրիւք և զայս ևս , զի ոմանք զառ 'ի մկրտուին գալ հանդերձելոցն՝ զհրաժարելոյն 'ի սատանայէ՝ նոցա հարցմամբ 'ի վերայ ոչ բերեն զերդմունս , և ոչ զսրբոյ Արրորդուէն խոստովանութի , և ոչ յերեխայուէն նախկին մատուցանեն ձեռնադրուք յօծումն . այլ միայն առ մկրտութիւն աւազանին վաղվաղեալ՝ 'ի ներքս արկանեն : Կամնս իմն առնելով այնոցիկ՝ որոց թագաւորեցուցանել զոք կամեցեալ , նախ քան զմարմնոյն ծածկել մերկութի՝ զպսակն 'ի գլուխ կապել յառաջեալք , 'ի միասին ընթանալով փառացն և անարգուէն : Եւ կամ թէ որում ծնանել առաջի կայցէ , զծնունդն առաջի դիցէ յղանալոյն և երկնելոյն . զորս 'ի դէպ է անսին խոստովանել զնո ծնունդս , և կամ վիժածս , և ոչ ծնունդս : Բանզի պարտ է՝ նախ 'ի բաց կալ 'ի ծառայեցուցանող տեռնէ , և յապտամբ ծառայէ անտի . զի « Տիրեսցէ , որպէս Սողոմոն ասէ , ծառայն իմաստուն՝ տերանց անմտաց » : Եւ այնորիկ ապա հաւատալ սրտիւ , և խոստովանել բերանով , յորմէ կեալն հասցէ , զհայր և զԱրդի և զսբ հօգի : Եւ յերեխայուէն կարգի առ դուրս մկրտարանին պատշաճեսցի լինել նմա՝ որ մկրտիցին : Եւ ապա զինի այսորիկ զհօգեօրն ծնանել ծնունդ յաւազանին . և զեօթնեակսն՝ ըստ եօթնեկացն որ 'ի մեզ հոգեկան շարժմունք , զգենուլ զհօգւոյն շնորհս , զոր Ասայիասն թուէ : Օ կնի որոց ապա և զորդեգրութեն նոյ անուն ժառանգել՝ յետ ելանելոյ 'ի ջրոյ անտի : Որպէս և 'ի վերայ փրկչին յօրինակ մեզ՝ հայր յերկնից աղաղակէր , թէ « Եւ է որդի իմ սիրելի » : Օ կնի ամենեցուն , այս ինքն յղութեն և ծննդեանն և ժա-

1 Haec antiqua universalis nodali suâ lege instaurare voluit Ecclesiae consuetudo, quam Sy- penes suos quoque iste Patriar-

more patres prosequentibus, oportet, quae ab iis despecta fuere, Deo manum porrigente, investigare, eaque ad bonum ordinem bonumque ornatum reducere.

v. Et istud quoque praeterea cernimus: quod ab iis, qui baptizandi sunt, non exigunt quidam interrogationis modo de abrenuntiando diabolo iuramentum, neque sanctissimae Trinitatis professionem, neque antea per manuum impositionem peragunt catechismi unctionem¹; sed tantummodo ad fontis baptismum illos cito admittunt: simili fere pacto agentes ac illi, qui regem quempiam constituere volentes, antequam corporis operiant nuditatem, coronam capiti ejus imponere satagunt, concurrentibus unâ simul gloriâ, et opprobrio; aut etiam si quis nasendus sit nativitatem praemitti voluerit conceptui, partûsque doloribus; quos partus immaturos fateri necesse est, aut abortivos, non autem natos. Oportet enim, antea a captivante domino atque a rebeli servo recedere, ut *servus sapiens*, quemadmodum Salomon ait, ² *dominetur dominis insipientibus*; ac postea corde credere atque ore confiteri (ex quo salus adveniet) Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum. Istud in catechismi ordine ad Baptisterii portam super eum, qui baptizandus est, peragatur. Deinde vero spirituali nasci (*oportet*) generatione in lavacro, et septem, secundum septem, qui sunt in nobis, spirituales motus, indui Spiritûs gratiis ab Isaia recensitis. Continuo tandem ex aquâ egressum, adoptionis nomen in filium Dei adipisci ad haereditatem; quemadmodum et super Salvatorem ad nostri exemplum Pater de caelo clamabat: *Hic est Filius meus dilectus* ³. Post haec universa; post conceptionem videlicet, generationem, et haereditatem; deinde et

cha, iterum hisce diebus ex incuria et ignorantia desuevit.

² Prov. 17. 2. et Eccl. 10. 28.

³ Matth. 3. 7.

ուանգաւորութեն, ապա և զկենացն՝ որ յերկնիցն
իջեալն է՝ ճաշակել կերակուր, զմարմին և զարիւն
կենագործողին Վ՛նի :

Ըստ այսմ օրինակի երանելոյն Աիւր-
ղի Արուսաղէմի եպիսկոպոսի զերախայիցն կանոն
պայծառացուցեալ է, և ըստ իւրաքանչիւր հաւա-
տոցն բանից ընթերցուածս յանձային գրոց հանգոյն
միմեանց զուգեալ և եզեալ է. զոր 'ի սուրբ քառաս-
ներորդս պահոցն առանձնաբար 'ի վերայ նոցա կա-
տարելով՝ արտաքոյ ժողովրդանոցին, յետոյ ապա ար-
ժանի լինելին ընդունել զլուսաւորութի՝ սբջ աւագանին
'ի մեծի առուր ճրագալուցի զատկին : Ար թէպէտ
և այն խափանեցաւ. վասն զի յայնմ ժամանակի առ-
կատարելահասակս ոմանս կատարիւր երախայութեն
կարգ. որք յիմաստ և 'ի բան հասեալք՝ կարող էին
անձամբք իւրեանց լսել, և հաւատօք հրաժարել և
խոստովանել : Իսկ այժմ 'ի տղայութե հասակի այ-
սորիկ միանգամայն 'ի միասին 'ի վերայ եկեալ գտա-
նին, 'ի ձեռն այնոցիկ՝ որք զմանկունսն 'ի մկրտութի
մերձեցուցանիցեն : Սակայն նոյն խորհուրդ նմանա-
պէս առ նոսա և առ մեզ մատակարարի. զանազա-
նութի հասակացն՝ և ժամանակացն այլաձեւապէս
'ի վերայ բերել հրամայէ զկարգ և զգիր առուրցն և
կանոնաց՝ ըստ երկայնութե և կարճութե : Ըստ ոչ
եթէ հոգին սուրբ փոփոխեալ գտանի յիւրմէն խոր-
հրոյ, կամ առաւելեալ և նուազեալ : Ալ այս մինչե-
ջայս վայր այսպէս և այսքան :

2. ԻԱՅՅ առ սորօք և զայս ևս տեսանելք յու-
մանս անկարգութի սովորութի՝ հիմնացեալ. զի զնո-
սա, որք յամուսնութի անդր գայցեն, ոչ տանելով ըստ
օրինաց հաւատացելոց յեկեղեցիս 'ի մէջ ժողովրդոց,
հաղորդս առնելով նամ կարգաց և կրօնից քրիստոնէ-
ութե, և անդ յարժանաւոր տեղիսն զնոսա պա-
կեսցեն : Ըստ առանց ժամու և աղօթից, և առանց
օրհնելոյ և հաղորդութե, արտաքոյ միան՝ ուր կամք
իցեն : Ալ քահանայն ընդ ձեռն ուրուք անդր եր-

1 Catechismos nimirum.

2 Subintelligitur Satanae.

vitae cibum de caelo descensum, corpus nimirum et sanguinem vivificantis Christi (*oportet*) gustare.

Similiter eodemque pacto beatus Cyrillus Jerosolymitanus Episcopus catechumenorum canonem illustravit, et juxta singula fidei verba lectiones ex divinis Scripturis item unâ simul conjunxit apposuitque; quibus in sanctâ jejuniorum Quadragesimâ singillatim super illos extra Ecclesiam expletis, postea demum efficiebantur digni suscipere sancti lavacri illuminationem in magno Paschaliolum luminum die. Quod sane obsolevit; quoniam eo tempore catechismi ordo peragebatur super nonnullos aetate provectoros, qui intelligentiam rationemque attingentes, satis erant sibi ipsis ad illos ¹ audiendos, atque per fidem abrenunciandum ², professionemque emittendam ³. Nunc autem in juvenili aetate haec unâ simul summatim peraguntur ab iis, qui infantes ad baptismum adferunt; nihilominus idem sacramentum est, quod tum penes illos tum penes nos administratur. Ætatum temporumque varietas diversimode juxta longitudinem aut breviter peragere jubet ordinem, assignationemque dierum, et canonum; haud tamen Spiritus sanctus comperitur immutatus in suo mysterio, vel auctus, vel imminutus. De his autem huc usque, ita, et hoc modo.

VI. PRÆTER haec istud quoque apud nonnullos vidimus malum opus a consuetudine roboratum. Ad matrimonium accessuri non adducuntur juxta Christianorum legem in Ecclesias, ut universorum rituum religiosarumque Christifidelium disciplinarum participes effecti, ibidem in locis decentibus coronentur; sed sine missâ, et sine oratione, et absque benedictione, communionemque foris manent, ubicumque voluerint. Sacerdos autem per cujusvis illuc pergentis

³ Id est Sanctissimae Trinitatis professionem emittere.

argumenta Philosophi nostri contra Monophysitas, ad demonstrandum, quod re ipsa non una, sed duae in uno Christo fuerint naturae, injuriam ei intolerabilem inferat qui aliter de eo sentit.

³ S. Gr. Illum. apud Agath. pag. 159.

⁴ Malac. 3. 6.

⁵ 1. Cor. 15. 49.

⁶ Joan. 10. 10.

մարմինն յանմարմնութի, այլ ունի զինքեան զմարմինն՝ որպէս ծնաւ ՚ի կուսէն. և առաւել քան զմեզ, ըստ որում յԱստուածն ՚հան միաւորեցաւ, :

Արդ՝ յայտ է թէ անհասանելի միաւորութիւնն, և ոչ բնութեցն այլայլութի առաջնորդէն մեզ զմին ասել բնութի մարմնացեալ ՚հանին: Օ սոյն և մեծահանձարն Աիւրեղ աւանդէ Մղեքսանդրի հայրապետ, ասելով. « Այ ՚ի մարմնոյ բնութի փոխաբուսեալ ՚հանին, այլ և ոչ մարմնոյն ՚ի նորայն, այլ ՚ի յատկութեան ըստ բնութե երկաքանչիւրոյ մնացելոյ և իմացելոյ, ըստ այժմու մեզ աւանդեցելոյ բանին՝ անձառելի և անասելի միաւորութիւն՝ մի մեզ եցոյց Որդոյ բնութի » : Արդ ՚ի յատկութե ըստ բնութե ասել, զանշարժն մնալ ասէ յերկաքանչիւրսն՝ որոց էինն : Իսկ ՚ի գերազանց և ՚ի սքանչելի միաւորութե ոչ ինչ է արգել միութեան՝ զամենայնսն խոստովանել ՚ի ՚Մ, մի դէմ, մի անձն, և մի նորա բնութի. զի որ ՚ի Տօրէ անմարմին ՚հանն էր, ՚ի Սարիամայ սրբոյ կուսէն՝ այս ինքն ՚ի մարդկային բնութե՝ մարմին զգեցաւ. և զնոյն միաւորեալ ընդ իւրումն դիմի և բնութե, մի դէմ, և մի բնութի ասի և հանդերձ մարմնոյն : Այ էթէ անգոյ և կամ առանց մտաց և անձին, և թանց բնութե զմերն ընկալաւ ՚ի կնոջէ, այլ ըստ ամենայնի կատարեալ առնլով՝ առ իւրն միաւորեաց կատարելութի ՚հանն որ ՚ի Տօրէ. և այսպէս ասի մի կատարեալ զմի ունելով կենդանութիւն և զդէմ : Այ ՚ի միութե զերկաքանչիւրոցն ուրանամ զկատարելութի, և ոչ յաղագս երկաքանչիւրոցն կատարելութե զմին հրաժարեմ ասել կատարելութի. միութիւն յանայլայլութե, և անայլայլութիւն ՚ի միութեան խոստովանելով :

Ապա ուրեմն մի բնութիւն և մի դէմ ՚Մ, էթէ պարտ է համառօտագոյնս ասել, ոչ է ըստ նոյնութե բնութե կամ ըստ միանձնականութե. զի այս զերկոսին ՚ի միասին գրեթէ զրկեսցէ, զսժ ՚ի մարդն լի-

» Non permutatum est corpus in incorporeitatem ;
 » sed tenet proprium corpus, sicut ex Virgine natum
 » est; idque nobis eminentius, quatenus unitum fuerat
 » Verbo divino ».

Patet itaque, quod incomprehensibilis illa conjunctio, non autem naturarum permutatio, nos ad unam asserendam Verbi incarnati naturam perducit. Id etiam sapientissimus Cyrillus¹ Alexandrinus Patriarcha tradit dicens : « Neque Verbum in carnis naturam translatum est, neque caro in ipsius naturam ; sed in proprietate secundum naturam utrâque manente et intellectâ, juxta nunc nobis traditum sermonem, ineffabilis et inenarrabilis unio unam nobis demonstravit Filii naturam ». Atqui *in proprietate secundum naturam* dicens, immutabilia manere dicit in utrâque quaecumque erant propria. Propter autem excellentem atque admirabilem unionem nihil unitati officit, quominus haec omnia in Christo confiteamur; unam personam, unam hypostasim, atque unam ejus naturam ; ille enim, qui ex Patre erat, incorporeum Verbum, ex sanctâ Virgine Mariâ, scilicet ex humanâ nostrâ naturâ, carnem indutus est: quam quum personae ac naturae suae copulasset, una quoque dicitur persona unaque cum eâdem carne natura. Verum non sine existentia seu sine mente et animâ, aut sine naturâ nostram assumpsit substantiam ex muliere; sed omnino perfectam sumens, suae univit perfectioni Verbum, quod est ex Patre. Itaque unum dicitur perfectum unam habens vitam atque personam. Non propter unitatem nego utriusque perfectionem, neque ob utriusque perfectionem recuso unam dicere perfectionem; unitatem confitens in immutabilitate, et immutabilitatem in unitate.

Unam ergo dicere naturam, unamque personam Christi, si oporteat brevius loqui, non est secundum identitatem naturae, aut secundum consubstantialitatem, (hoc enim utrumque fere simul tolleret et

¹ Ep. ad Succens. 2.

նեւոյ, և զմարդն յանձնաւոյ . այլ է, որպէս բազում անգամ ասացի, ըստ անձառ միաւորութեան Ռանին ընդ իւրում մարմնի : Որպէս և սուրբն Վրիգոր ասէ . “ Սիացաւ ՚ի մարմնի բնութիւն, և խառնեաց զմարմինն ընդ իւր անութիւնն ” : Բնութիւն ըստ անձառելի և անպարիմանալի խառնմանն և միաւորութեան համարձակիմք ասել մի բնութիւն Վրիգոր, և ոչ ըստ այլում իմիք յեղանակի : Օտոյն և երանելին Յուզիոս ասէ Հռովմայ հայրապետ . “ Որ ասէ զմարմինն առնելի առ անեղն անձ միաւորութիւն անձային և երկրորդ պագեալ, և ս զերկախումքն իբրև մի անառնելի անձ, երանեալ եղիցի ” : Բնութիւն հաւասարապէս ունի երանութեան բան, երկախումք խոստովանեալ ըստ բնութեց, և մի ըստ միաւորութեան : Սի զմին ասելով զբնութեցն խցանել կամակորեցուք զաղբերս, և մի յասելոյ անտի զերկախումքն՝ պատառել կամելով զմիաւորութեան պատմութեան . այլ բարեպաշտաբար առ երկոսինն գալ գիտացեալ, միութեան ճանաչել զբնութեան, և ՚ի բնութեց անտի ելանել առ միաւորութեան : Որպէս հրաշալին ասէ Յովհանն Վոստանդինուպոլսի . “ Սիութի խոստովանիմ, և ոչ քայքայումն ինչ և լուծումն այսր բնութե յայն, կամ այնր յայս . այլ միացեալ, մի լեալ ” : Բորդ մի լեալ, որպէս յառաջն ասացի, ըստ միաւորութեան գոլ ասէ զերեւելին և զաներեւելին, և ոչ ըստ համագոյութեան զի որպէս արդեւք եղիցի՝ որք ոչն են :

Բայց սակայն և զայս լսեմք ՚ի ձէնջ ասացեալ . “ Սի բնութիւն զանձայինն իսկ ասեմ, զոր ՚ի հօրէ ունէր զիւր զիսկական բնութիւն . զի ոչ ասի յարարածականացս որ բնութիւն, քանզի արարչականն ասի միայն բնութի . իսկ զմարմինն՝ մարմին Վրիգոր ասեմ, և ոչ բնութի Վրիգոր ” : Փախչիս ՚ի բնութեդ անուանէ, ընդ նմին և յերկուցդ ասելոյ . և ոչ գիտես թէ մարմին ասելով յերկոսին ՚ի ներքս ըմբռնիս յորոց փախչիսդ : Բորդ զնոյնս, որովք բարեպաշտելի կարծես, հակառակ ընդդէմ քեզ եղից : Օ մարմինն՝ մարմին

1 S. Greg. Illum. apud Agath. pag. 156.

2 In Epist. ad Prosd. apud Labbé Tom. III. pag. 1250.

Deum hominem esse, et hominem Deum esse) sed, ut saepius dixi, propter ineffabilem Verbi cum suo corpore unionem. Sicut etiam sanctus Gregorius¹ dicit: “ Unitus est carni physice, et miscuit carnem cum ” suâ Divinitate ”. Ecce secundum ineffabilem incomprehensibilemque mixtionem et unionem audemus dicere unam esse naturam Christi, minime vero ob aliam quamlibet rationem. Hoc dicit etiam Beatissimus Julius Romae Pontifex²: “ Qui corpus creatum per unionem cum Deo increato divinum dicit ” et adoratur, atque utrumque sicut unum Deum increatum, beatus erit ”. Ad utramque partem aequè spectat istud beatitudinis verbum, duplicem confitendo secundum naturas, et unum secundum unionem. Nec unam dicentes, naturarum arroganter obturare nitimur fontes, neque utramque asserentes, cogitamus unionis scindere tunicam; sed pie unum alterumque adire scientes, in unitate noscemus naturas, et a naturis ipsis ad unionem ascendemus. Quemadmodum ait admirabilis Johannes Constantinopolitanus: “ Unionem confiteor, nec vero destructionem quamdam ” aut dissolutionem hujus naturae in illam, vel illius in ” istam; sed unitum, unum factum. “ Unum ergo factum, ut jam dixi, secundum unionem esse dicit visibile et invisibile, non autem ratione consubstantialitatis: quomodo enim esse possunt, quod non erant?

Sed tamen hoc quoque audimus a vobis dici: Unam dico naturam, divinam ipsam veram suam naturam, quam ex Patre habebat; quoniam nulla creaturarum dicitur natura, quum Creatrix illa dumtaxat sit natura; carnem vero carnem dicimus Christi, non autem naturam Christi ”. Effugis *Naturae* nomen, atque unâ simul *duarum* vocabulum: ³ nescis tamen, quod *Carnem* dicendo, in utrisque, quas effugis, circumductus comprehenderis. Eadem ergo, quibus pietatem colere putas, adversus te opponam. Car-

³ En fragmentum aureis litteris exarandum, quod fuse citatur etiam Gregorius Patriarcha co-

gnomento Degà; ut notavimus in Praefatione.

Րանին ասելով, և զՐանն ասացեալ մարմին ունել, զի՞նչ այլ ինչ թուիցիս ասել, եթէ ոչ կրկին: Եւ դարձեալ զՐանն ՚ի Հօրէ ասելով, զՀօրն տացես նմա զնուռի. իսկ զմարմինն ՚ի մարդկանէ ասելով՝ զոյր ունել ասես նմա բնութի, եթէ ոչ զմարդկան: Րայց կարծեմ թէ կամիք և ոչ մարմին Վ՛սի ասել. զի թէ զմարմինն ճամարտութի խոստովանելիք ունել Վ՛սի, և զայն ՚ի մարդկանէ և մարդկային, զնոյն և բնութիւն մարդկային ոչ արդեւք խղճելիք ասել: Վ՛ան զի նոյն է մարմին մարդկային ունել Վ՛սի, և բնութի մարդկային. և զի Վ՛ս առանց միաւորուէն ոչ ասի Վ՛ս Յ՛ս, այլ անձ Րան: Որպէս սքն Րասիղիոս ասէ. «Օ ի թէ ասիցէ որ զմարմինն բնութի Րանին, և զՐանն բնութի մարմնոյն, ամպարշտութի լի է այս պէս ասացեալքն»:

Իսկ եթէ զմի և զնոյն Վ՛ս յերկուց խոստովանեսցիս ասել բնութեց, այսինքն անձային և մարդկային, ընդէր զարհուրիս և զայրանաս, և այլանդակ և հայհոյիչ շարադրութի զբարեպաշտաց պղտորես զսեւ լիս: Վ՛ան զի ասես, որ ՚ի Հօրէ գոյացեալ անձնն էր, նոյն անձնաւորեալ ՚ի սուրբ կուսէն. և որ ՚ի Հօրէ բնութին էր, նոյն բնաւորեալ եղև յարգանդի կուսին: Եւ սակայն գոհութիւն ան, որ յայննէ ըզխորս խաւարի, և հանէ ՚ի լոյս զստուերս մահու. զի թէպէտ և շատ ջանացար կուրաշաւիղ իմն արահետիւք ծածկել և թագուցանել զհաւաքեալ ՚ի քեզ զգառնութե մաղձ, այժմ՝ յանձայնոյն բռնադատեալ յակնարկութի տեսչութեն՝ ՚ի վեր բղխեցեր: Եւրդ զիարդ անձնաւորեցաւ ՚ի կուսին անձն Որդուց. թող լով զիւր գոյութին՝ յայլում գտաւ գոյութե, որպէս Պանդորոսն ասէ, եթէ յիւրումն մնալով՝ զերեւութական միայն զձեն զինքեամբ արկաւ, առ աջօք և ձեռով եւեթ ցուցեալ զմերն ՚ի կուսէ, որպէս Եւտի քէսն երկրորդ յիմարաբար բարբառի՝ ասելով. «Կոստովանիմ զՐանն անձ յարգանդի կուսին կերպացեալ՝ տպաւորեալ, ՚ի պատկեր և ՚ի ձև մարդոյ եղեալ, այլ

nem dicendo carnem Verbi, et Verbum asserendo carnem habere, quid aliud dicere putas, nisi duplicem? Item Verbum dicendo ex Patre, Patris naturam illi concedis; carnem vero ex hominibus asserendo, cujus naturam eum dicis habere, nisi hominum? Sed, ut mihi videtur, ne carnem quidem Christi dicere vultis. Nam si carnem reapse habere Christum confiteremini, eamque ex hominibus atque humanam; haud sane detrectaretis eandem quoque naturam dicere humanam. Idem namque est Christum humanam Carnem habere, ac humanam naturam; quum Christus praeter unionem non dicatur Jesus Christus, sed Verbum divinum. Sicut sanctus Basilius dicit: « Si quis carnem dixerit esse ipsam Verbi naturam, et Verbum naturam carnis, impietatis plena » hujusmodi dicta sunt ».

Sin autem unum et eundem Christum ex duabus naturis confitearis esse dicendum, ex divinâ scilicet et humanâ, quare abhorres aegreque fers; et mirâ blasphemâque verborum constructione aures piorum deturbas? Dicis enim: « Quae ex Patre existens erat, anima, eadem animata fuit ex sanctâ Virgine; et quae ex Patre natura erat, eadem nata fuit ex utero Virginis ». Gratias tamen Deo, *qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbras mortis.*¹ Quamvis enim multum studuisti per caeci cujusdam vestigiî vias operire atque occultare coacervatas in te amaras biles, nunc demum divinae providentiae nutu illas coactus evomuisti. Quaeso itaque, quomodo animata fuit in Virgine anima Filii? Num depositâ suâ existentiâ, in aliâ existentiâ inventa est, ut Panodorus dicit? aut in suâ permanens, phantasticam tantummodo formam superinduta est, oculo tenus ac figurate dumtaxat ostentans nostram ex Virgine? sicut Eutyches secundus stulte profert, dicens: « Confiteor Verbum divinum in utero Virginis efformatum, impressumque ut effigies, et in hominis figuram

¹ Job. 12. 22.

ոչ եթէ յարարածական բնութիւն ինչ յինքն խառնեաց. քանզի անխառն է անութիւն և անյօդ» : Տէսանէս, որպէս համաձայնք առ միմեանս գտանիք յամպարչտելք. դու ասես, 'ի հօրէ անձնն Որդւոյ անձնաւորեցաւ 'ի կուսին. և նա ասէ, ոչ ինչ խառնեաց 'ի կուսէն յանխառն անութիւն :

Այլ եթէ ոչ գոյուի ինչ անձնաւոր զմերս 'ի կուսէ ընդ ինքեան միաւորեաց Րանն, զիարդ ինքն զինքն մարդ և որդի մարդոյ անուանեաց : Օ իարդ և տըղայ երևեալ խանձարրապատեցաւ, և կաթնաբոյծ եղանիւր, և առ կատարելութի 'ի վեր ընթանայր աճմամբ հասակի, ըստ մեծին Աթանասի ուղղափառ դաւանութեանն. « Որքան ինքն, ասէ, հրամայեաց՝ զբնութիւն կատարելով յինքն ընկալաւ. որքան կամեցան, այս է՝ ծննդեան 'ի կնոջէ, աճման հասակի, ամաց թուոյ, աշխատութե, ծարաւոյ և քաղցոյ, և քնոյ, և տրտմութե, և մահու և յարութե » : Այսորիկ ամենեքին՝ նմանութիք և երևոյթք թուիցին քեզ եղեալքն 'ի Վրտէ, թէ ճշմարտութի : Ապա եթէ ճշմարտութիւն, որպէս և է իսկ. քանզի անհնար է անսուտն այ ստութեամբ իւրք կեղծաւորել 'ի գործս իւր. զիարդ իշխես ասել զաներևոյթ և զանմարմին անձնն Որդւոյ մարմնաձեւապէս անձնաւալ յարդանդի կուսին, եթէ ոչ զկատարեալ մեր բնութիւն 'ի կնոջէ յինքն ընկալեալ՝ ընդ ինքեան միաւորեաց Րանն ան առաքեալ 'ի հօրէ :

Այլ եթէ այդպէս ասեմք՝ ասեն, երկուս լինիմք ասացեալ դէմս, և երկուս բնութիւն : Արածեալ փախչելով 'ի սնտի երկիւղէ, 'ի մեծագոյնն անկանխ չար : Այլ եթէ յերկուց ըստ բնութե ոչ կամիս ասել զմինն, կարի յոյժ չարաչար ըստ բնութե զմին գտանիս ասացեալ բնութի : Այլ անմարմին բնութի անձային Րանին՝ զմարմնական բնութի 'ի կուսէն ընկալեալ, ընդ ինքեան միաւորեաց. որ է ըստ բնութեան յերկուց՝ անձային և մարդկային. իսկ ըստ միաւորութե մի : Օ ի եթէ այս երկուք գեղեցկագոյն հաւատոյ ոտիւք առ ճշմարտութիւն 'ի վեր կանգնեալ ոչ հաստատիս, առ որ և յենուցուս առ մինն 'ի նոցանէ՝ կաղ

factum; non tamen aliquid ex creatâ naturâ sibi admiscuit, quia immixta incompositaque est Divinitas». Videsne, quomodo consonantes vobismetipsis invicem inventi fuistis in impietate? Tu dicis: Ex Patre anima Filii animata fuit in Virgine; Ille vero dicit: Nihil ex Virgine immixtae suae Divinitati commiscuit.

Sin vero nullam nostram substantiam animâ praeditam ex Virgine sumens univit sibi Verbum, qua ratione se ipsum Hominem et Filium hominis nominavit? Quomodo etiam infans visum fasciis involutum fuit, lacteque nutritum, atque ad perfectionem progressu aetatis pervenit, juxta orthodoxam magni Athanasii professionem? «Quantum ipse jussit, inquit, naturae opera perficiens, sibi conciliavit, quantum voluit; hoc est, nativitatem ex muliere, progressum aetatis, annorum denominationem, laborem, sitim, famem, somnum, moerorem, mortem et resurrectionem. «Anne haec omnia a Christo acta similitudines atque phantasmata fuisse tibi videntur, an veritates? Si veritates, ut sunt reapse, quoniam impossibile est veracem Deum aliquod mendacium simulari in factis suis, quomodo audes dicere invisibilem et incorporealem Filii personam in figurâ corporis subsistere in utero Virginis, nisi perfectam nostram naturam ex muliere assumens, secum univerit Verbum divinum a Patre missum?

«Si ita dicimus, inquit, dicamus oportet quoque duas personas, duasque naturas». Iterum effugiens inanem metum, in pejus incidis malum. Si ex duobus secundum naturam non vis dicere unum, pessime quidem secundum naturam inveneris unam dixisse naturam; sed incorporea Verbi divini natura corporalem accipiens ex Virgine naturam, secum univit; quod est secundum naturam ex duobus, divina videlicet natura et humana; secundum vero unionem una. Nisi enim hisce duobus pulcherrimis fidei pedibus directius te ad veritatem firmum reddideris; cuivis unistorum inhaereas, claudicabis in confessione verita-

գտանիս առ խոստովանութիւն ճշմարտութեն . այլ կատարեալ ըստ երկաքանչիւրոցն դիտելով զերկումն, ըստ միաւորութե՛ մի կատարեալ, մի դէմ, և մի Որդի նոյ խոստովանելով . որպէս նքն Ռասիլիոս ասէ .

“ Արկուց գոյացուեց կատարեցելոց միաւորութի ” :

Առ որ դու հակառակաբար ընդդէմ յարուցեալ գրեցեր 'ի քում շարագրածութիւն անդ, և ասես . որ 'ի չորէ բնութիւն է՝ նոյն բնաւորեալ է 'ի նք կուսէն : Սինչ 'ի չորէ բնութի էր, զինչ այլ ինչ բնութի յարգանդի կուսին գոյանայր : Օ մտաւ ած, յորքանեանց չարաչար հայհոյութեց պտոյտս ընկղմիս՝ զայդ այդպէս ասելովդ : Աք հարքն 'ի Սիկիա ժողովեալքն աւսացին՝ զնոյն բնութի չոր վասն մերոյ փրկութեան ծնաւ մարդացեալ 'ի Սարիամայ նք կուսէն չողով սրբով : Ալ ապա 'ի շար արկեալ թուեն զկատարելուի բնութեւ մերոյ . հոգի, մարմին, և միտս . և նովին մարմնով համբարձեալ յերկինս . և նովին մարմնով զալոց է ասացին : Ասկ դու ասես . որ 'ի չորէ բնութիւն՝ բնաւորեցաւ յարգանդի կուսին . և յազագս այնր ասի մի բնութիւն : Աթէ յարգանդի կուսին բնաւորեցաւ, ապա 'ի չորէ ոչ էր բնաւորեալ : Աարձեալ՝ թէ յարգանդէ կուսին սկիզբն էառ լինել մի բնութի ընդ չոր, ապա նախ քան զխոնարհէն յարգանդ կուսին՝ օտար գոյր բնութեն չոր : Ալ զայդ այդպէս զաւղակատելովդ՝ Սրիոսի եղեալ գտանիս չարապաշտութեն զուգաձայն :

Աարձեալ զմի բնութիդ ապաքէն ընդդէմ երկուս բնութիւնս ասողացն ասես գոլ . և որ երկումն ասէ բնութիս, զնծայինն ասէ և զմարդկայինն . դու զով որ 'ի նոցանէ ասես՝ զմիդ ասելով, կամ ըստ որում յեղանակի : Արդ այսպէս շամբուշ խորհրդով բանդագուշիս, և ոչ դիտես գտանել զչաւիղս նոյ զգիւրինս . զի Ռանն նծ՝ գոյութի հանդերձ մարդկային բնութիւն ընկալեալ յանարատ արգանդէ կուսին՝ ընդ ինքեան միաւորեաց անձառապէս գոյութե և բնութե, ոչ զյառաջագոյն գոյացեալն . քանզի “ Օ գոյութի մարմնոյն՝ միաւորութե բանին ծանեայ ”, ասացումն 'ի սրբոցն . և այսպէս ասի մի դէմ, և մի բնութի Ռանին մարմնացելոյ : Ալ ըստ ինքեան ասի մի

tis; sed rectus eris duobus observatis relate ad utramque naturam, et quoad unionem unum perfectum, unam personam, atque unicum Dei Filium confitendo; sicut sanctus Basilius dicit: «Duarum substantiarum perfectarum unio».

Tu autem hisce e regione oppositus scripsisti in tuis tractatibus, dicens: «Quae ex Patre natura est, eadem nata fuit ex sanctâ Virgine». Quum ex Patre natura esset, quae alia natura formabatur in utero Virginis? Attende, in quot pessimiarum blasphemiarum gurgites demergaris haec ita asserens. Sancti Patres Niceae congregati dixerunt, Consubstantialem Patri propter nostram salutem natum atque incarnatum fuisse ex sanctâ Virgine Mariâ per Spiritum Sanctum; ac deinceps serie ducta dinumerant nostrae naturae perfectionem, Animam, Corpus, et Mentem; et eâdem carne ad caelos ascensum, atque eâdem carne venturum dixerunt. Tu autem dicis, naturam, quae ex Patre erat, natam fuisse in utero Virginis, ideoque unam esse dicendam. Si in utero Virginis nata fuit, ergo non est ex Patre nata. Item, si ex utero Virginis initium duxit, ut esset una natura cum Patre; ergo antequam humiliatus esset in uterum Virginis, alienus fuit a Patris naturâ. Idque hoc pacto blaterando, Ariti te declaras pessimae doctrinae esse concordem.

Praeterea unam esse naturam equidem dicis contra duas naturas asserentes; qui autem duas dicit naturas, divinam dicit atque humanam: tu quamnam earum asseris, quum dicis unam, quove sensu? Sic profecto delirâ opinione nugaris, et nescis invenire semitas Dei faciles; quia Verbum divinum substantiam simul ac naturam humanam, haud sane prius existentem, accipiens ex immaculato Virginis utero, suae ineffabiliter univit substantiae ac naturae. «Car-nis namque existentiam novi in unione Verbi»; dixit Sanctorum quidam: hocque pacto dicitur una persona, unaque natura Verbi Incarnati. Non per se dicitur una natura ac personalitas; hoc enim ab ipso Pa-

բնուի և առանձնաւորութիւն . քանզի զայս 'ի Տօրէ իսկ անժամանակաբար յինքեան բերէր Նանն անձ . այլ ըստ անձառ տնօրէնութեն 'ի կուսէն : Որպէս սքն Նասիրիոս ասէ . “ Նսեալն 'ի Սարիամայ էուին 'ի նորա բնութեն՝ ոչ էր անձ բնաբար , այլ միաւորութե տնօրէնութեն . վասն զի որ 'ի բնութէ Տօր էր անձ՝ Նանն , 'ի բնութէ Սարիամայ էառ զպատկեր ծառայի , և պտուղ որովայնի նորա գտաւ եղեալ ” : Աւ զայս նա : Նալ ուրեմն ոչ բնութին անձային բնաւորեցաւ յարգանդի կուսին , որպէս դու դանդաչես . այլ անձն Նանն 'ի Տօրէ՝ զմարդկային զգեցաւ բնուի 'ի կնոջէ : Որպէս և մեծն Նթանաս ասէ . “ Սանն զի բնուի մարդկութես էր՝ որ ծնանելոցն էր , վասն այնորիկ և չարչարեալ զնա նշանակէ ” : Նսպէս հայրն :

Նայց դու թէ ասիցես՝ մարդ եղեալ ճշմարտապէս 'ի մարդկանէ զՆանն որ 'ի Տօրէ , ընդէր զանգիտես զմարդկայինն 'ի Վս դաւանել բնուի . և աղամողիս 'ի բանս քո , և յայլմէ առ այլ վազեալ անցանես տաւրապարտ մտածութիս : Արկնչիս յերկուց ասել բնութեց . երկիւղ մեծ գոյ , եթէ ոչ արժանապէս և զմին ասել Վսի բնուի : Իսկ եթէ իրաւապէս և բարեպաշտաբար զերկոսին լսես , ոչ ինչ է արդեւ զմին ասելով յիշել և զառ 'ի յերկուցն . և դարձեալ՝ ոչ մոռանալով զյերկուցն , խոստովանել և զմին : Օի և սք հարքն՝ բարեփառութե հիմնացեալ հաւատով , աներկեան և անտարակարծ խոհականութեամբ՝ զէն անվթարելի զերկոսին զսոսա ընդ ինքեանս բարձեալ բերէին ըստ պիտոյիցն իրակութե , զմի մի որ 'ի սոցանէ շարժեալ շողացուցանէին ընդդէմ թնամեաց ճշմարտութեն : Նա այնոսիկ՝ որք ըստ Աւտիքեայ , և կամ Յուղիանեայ չարապէս զմին իմացեալ ասէին , երկակի ասացուածով զբանիցն իւրեանց յորինէին զառաջարկութի . քանզի իւրաքանչիւր որ սքա՝ առ միւսեանս բարեփառագունին առաջնորդեսցեն մտաց : “ Վպողոյ անտի ծառն ճանաչի , և յարմատոյ անտի ասի ծաղիկն : Նարցանէս զծաղիկն , արմատոյն ա-

tre ante tempora in se habebat Verbum divinum, sed juxta ineffabilem ex Virgine dispensationem. Sicut sanctus Basilius dixit: « Nata ex Mariâ essentia, quae » erat ex ejus naturâ, non erat Deus naturaliter, sed » per unionem dispensationis; nam Verbum quod ex » naturâ Patris erat Deus, ex naturâ Mariae accepit » formam servi, et factus est fructus ventris ejus ». Haec ille. Ergo non natura Divina nata est in utero Virginis, ut tu hallucinaris, sed Verbum divinum, quod erat ex Patre, humanam induit naturam ex muliere. Quemadmodum et magnus Athanasius dicit: « Quoniam natura humanitatis nostrae erat illa, quae » nascitura erat (*ex Virgine*), ideo etiam eam passioni » subjectam designat ». Sic ille Pater.

Sin vero tu concedis Verbum, quod erat ex Patre, hominem revera ex hominibus factum; cur metuis humanam in Christo profiteri naturam? atque titubas in dictis tuis, et ex unâ in alteram saltu transfereris frivolam cogitationem? Anne times duas dicere naturas? magis timendum est, si recte unam quoque Christi naturam non dixeris. Sin vero aequè ac religiose utrumque audis; nihil obstat, quominus quum unam dicis, memineris illius quoque ex duabus; et rursus non oblitus duarum, unam etiam confitearis. Quoniam sancti Patres quoque in orthodoxâ fide fundati, per securam et insuspectam prudentiam, veluti arma inexpugnabilia, unum et alterum secum gerebant, prout rerum opportunitas postulabat, hoc vel illud moventes vibrantesque adversus inimicos veritatis. Contra eos, qui juxta Eutychem, aut Julianum male sentientes *unam* dicebant, *duplicem* asserentes argumentum sermonum suorum construebant; singula enim istorum vicissim ad orthodoxos adducunt sensus.

*Ex fructu suo arbor cognoscitur,*¹ et ex ipsâ radice flos nominatur; si de flore quaeris, radicis nomine

¹ Luc. 6. 44.

նուամբ նշանակեսցի . եթէ անունն 'ի միջոյ բարձցի, ապա և Ռանն . և շարաբարձունն անուանն և բանի բարձցէ ընդ նմին և զնա՝ զորմէ ասեսն . և հարկ է կամ ստուծէ՛ և կամ այլոյ ասել գոյացուէ զիրն : Այլ զիարդ մարդ, և որդի մարդոյ, և անդրանիկ 'ի մէջ եղբարց բազմաց . և ամենայնիւ նման մեզ՝ բաց 'ի մեղաց : Ամիս ծանօթանալ պտղոյն, չորիւք այտոքիւք անստերիւրօղ խորհրդով առ հմտուծի իրին վերաձգեալ ածցիս . անուամբ արմատոյն, տեսուծք գունոյն, 'ի բուրմանէ անտի հոտոյն, և համոյն ճաշակաւորուծք : Ստ նմին օրինակի և առ փրկչական մարմինն վերաթեալ համբարձցիս . դաւանելով զնա տեսակին անուամբ՝ մարդ : Այս ասելով : 'Ի տեսուծեանէ անտի . « Շօշափեցէք զիս և տեսէք, զի ոգի մարմին և ոսկերս ոչ ունի, որպէս զիս տեսանէք՝ զի ունիմ » : 'Ի մարդկային կրիցն . « Արով ինքն չարչարեցաւ՝ զփորձ առեալ՝ կարօղ է և փորձանաւորացն օգնական լինել » : 'Ի մահուանէ նորա վասն մեր . « Վստ մեռաւ վասն մեր ըստ գրոց » :

Այա ուրեմն՝ թէ և միոյն ոչ զգաստացար, առ այլն մի ըստ միովէ ընթացեալ հարցնիր . և հաւանեցուսցեն զքեզ համագոյ և համաբուն ասել զտէրունական մարմինն մարդկային բնուծես . զի այսպէս յերկուց բնուծեց խոստովանելով՝ նշանակեսցես զնա մարդ միանգամայն և անձ : Իսկ մին ըստ բնուծեան զնա ասացեալ՝ որպէս և ասէքդ իսկ, բացարձակ անուամբն և եթ նշանակեալ լինի . զիարդ կարացես մարդ զնա եղեալ ասել՝ և մեռանել, և մահուամբն զանմահուծեան 'ի մեզ աղբիւրացուցանել շնորհ : Այսորիկ աղագաւ՝ անպատկառացոյցք սք հարքն երկուց բնուեց Վստի անձայնոյն և մարդկայնոյն լիեալք . Վնուծիք երկու ասելով, վասն զի անձ և մարդ, և եթէ՝ 'Ի միասին եկին բնուծիքն, և եթէ՝ հաւատի զերկոսին ունէր զբնուիսն Վստ . և եթէ՝ Արկին էՎստ . մարդ էր՝ որ երեւէր, և անձ էր՝ որ ոչն երեւէր .

1 Rom. 8. 29. atque Hebr. 2. 17.

2 Luc. 24. 39.

3 Hebr. 2. 18.

4 1. Cor. 15. 3.

notabitur. Si nomen de medio auferatur, auferatur verbum quoque; ablatio autem tam nominis quam verbi auferet unâ simul subjectum, de quo loquitur; sic necesse esset aut falsam, aut alienae substantiae dicere rem ipsam. Quomodo autem *Homo, et Filius Hominis* est, et *Primogenitus inter multos fratres*, atque *omnino similis nobis absque peccato* ¹? Visne fructus habere notitiam? per haec quatuor proculdubio assequeris rei cognitionem: per nomen radice, per visum coloris, per olfactum odoris, et per gustum saporis. Eodem modo etiam ad Salvatoris Carnem advolans elevaberis; per formae nomen, confitendo eum *hominem Christum Jesum* appellatum; per visum: *Palpate me, et videte, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me videtis habere* ²; per humanas passiones: *In quo enim passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur auxiliari* ³; per mortem ejus propter nos: *Christus mortuus est propter nos secundum Scripturas* ⁴.

Itaque si per unum non sapis, ad reliqua singillatim currens investigabis; tibi que suadebunt corpus dominicum consubstantiale atque homogenum dicere nostrae humanae naturae; sic enim confesso eo ex duabus naturis, notabis eum hominem simul ac Deum. Quum vero dicitur *Unus secundum naturam, ut re ipsa dicitis, absoluto nomine tantum notatur; tunc quomodo poteris dicere Hominem eum factum fuisse, mortuum, atque per suam mortem immortalitatis gratiam, fontis instar, nobis effudisse? Quapropter sine rubore sancti Patres duas in Christo exposuerunt naturas, Divinam inquam, et Humanam; dicentes: "Duae naturae, quoniam Deus est, et "Homo* ⁵ ". Rursus: "Simul convenerunt Naturae" ⁶ ". Item: "Duas constanter habebat Christus naturas". Et rursus: ⁷ "Duplex est Christus, homo erat qui aspi-

⁵ Greg. Naz. ad Cled. 1.

⁷ Cyril. Jerosol. Cateches. 4.

⁶ In. Serm. xxxi.

և որ այլ ինչ սոյնպիսիք յայլոցն ասացեալ եղեն : Այլ եթէ զյերկուցն ասելով՝ հրաժարէին ասել զմին, և կամ եթէ զտորին հակառակն՝ զմին խոստովանելով՝ յամուէին յերկուցն զալ խոստովանութի . այլ համարձակաբար երկոքումքս այսոքիւք բարեփառուէ զամպարօք փայլեալք պայծառանային, երկուս ըստ բնուէ, և մի ըստ միաւորուէ զԲՍ քարոզելով . ընդ ձեռն որոյ ցուցեալ լինէր Մտուծոյն Րանի բնուի անեղանելի, և 'ի հօրէ . իսկ մարմնոյ նորին գոյացութիւնն 'ի կուսէ, և արարածական . ասելով՝ « Այ զուգապատիւս ասեմ զաւետարանչացն ձայնս, և ոչ 'ի նոցունց արժանաւորութենէ ասացեալս . այլ ոմն զբարձրութիւն անձութեանն, և ոմն առ նըւաստութիւն մարդկութես զիջանէն նշանակեն » . և թէ՛ « Չարչարելի մարմնով, և անչարչարելի անձութեամբն » : Եւ համայն սա՛ որ այժմ անչարչարելի ասաց անձութիւն, յայլում տեղուջ մեկաձայնէ՛ « Մծչարչարեալ » : Եւրդ՝ որպէս զոտսա իմասցուք . միթէ մարտնչիցի՞ ինքն ընդ իւր վարդապետս . քաւ լիցի . այլ զառաջինն ըստ բնութե տրամաբանէ, իսկ զերկրորդս՝ ըստ միաւորութեն բանի : Այ յորժամ ըստ միաւորութեն ասէ՛ ուրանայ զհասարակականն, և ոչ դարձեալ ըստ հասարակականացն ինչ ասացեալ բան՝ զմիութին յերկուս բաժանէ միութիւնս . այլ յերկոսին անչարաբարոյական կամօք բարեպաշտեալ մերձենայ . զչարչարելին ըստ հասարակականին՝ անչարչարելի 'ի միաւորութեն խոստովանելով . և զանչարչարելին ըստ գոյացութե՛ բազմաչարչարելի ըստ միաւորութե :

Վմանակի սմա և այլ ոք հարբն զիւրեանցն արձանացուցին խոստովանական բան : Յորժամ ըստ բնութե ինչ բարբառուէ հասանէր, համարձակապէս զերկաքանչիւրցն յիշէին զհասարակականն . ոչ առ 'ի բաժանել զմին Արդի յերկուս որդիս, կամ յերկուս դէմն, այլ միայն յորոց էինն՝ ազգեալ նշանակէին, ասելով ոքն Րարսղի . « Աստակեաց յուղևորուեն՝

1 Greg. Nyss. in Orat. Synod. Constantinop. habita.

2 Greg. Nazianz. in Ep. i. ad Gledon.

«ciebatur, Deus autem qui non aspiciebatur ». Aliaque hujusmodi ab aliis prolata. Neque duas dicentes, unam renuebant dicere; vel ex adverso unam confidentes, duarum non detrectabant adire confessionem; sed libere per has ambas orthodoxiae faces illuminati splendebant; duplicem ob naturam, et unum propter unionem praedicantes Christum; quo demonstrabatur tam Verbi divini natura increata ex Patre, quam carnis ejus substantia ex Virgine, et creata. Sic enim proferunt: ¹ « Non uniformes dico Evangelistarum voces, neque ex ipsorum auctoritate dictas; sed unus excellentiam divinitatis, alter descensum ad ima nostrae humanitatis designat ». Et rursus: « Passibilis carne, divinitate impassibilis » ². Et profecto is, qui nunc impassibilem eum dixit divinitate, alibi exclamans dicit Deum passibilem ³. Quomodo ergo haec sunt intelligenda? num secum pugnat sanctus Doctor? Absit: sed primum relate ad naturam loquitur, secundum vero ratione unionis. Nec quum secundum unionem disserit, negat communia; neque rursus juxta communia dicens aliquid, unitatem in duas dividit unitates; sed ad utrumque sincerâ voluntate accedit religiose; passibilem secundum communem naturam, impassibilem confessus in unione; et impassibilem secundum substantiam, magis magisque passibilem secundum unionem.

Huic consonas caeteri quoque sancti Patres suas declaraverunt confessiones. Quando secundum naturam aliquid eis occurrebat proferre, expedite utrisque naturis communia commemorabant: non ut unum Filium in duos dividerent Filios, aut in duas personas; sed solummodo ex quibus essent, innuebant. Dicit namque sanctus Basilius: ⁴ « Defatigatus

¹ 3 Serm. xxxvi.

⁴ D. Basil. Serm. de Gratiarum actione Tom. II. pag. 29.

մարմնոյն և ջղացն յուղեգնացու թէն յաւէտ ձգեցելոյ . ոչ անձուէն աշխատութիւն տաժանեալ , այլ մարմնոյն որ ՚ի բնութեն յարմարագոյն էր՝ զպատահումն ընկալեալ » : Եւ որ այժմն ըստ մարմնոյն բնութեան զայս այսպէս մեկձայնէ , այլուր ըստ միաւորութեն առ Ղանն ան զայսոսիկ վերաբերէ՝ ասելով : « Ես զԹաղումն մարմնոյն և զգետնորա ասեմ Ղանին . ոչ բնութիւն անձուութեն , այլ միաւորութեամբ տնօրէնութեն . սոյնպէս զձայնս զանձնականս , և զչարսարանս զանձնականս , զտրտմութիւն և զզոփալն , այլ Ղանին ասեմ , ոչ բնութիւն անձուութեն , այլ միաւորութիւն տնօրէնութեն » :

Եւ այսպէս երկօրումբ այսօրիւք ուղղապաշտութե շաւղօք առ խորհուրդ մարմնաւորութե Ղանին վերերթալ գիտացեալք սք հարբն՝ համարձակելին և զբնութեցն արժանաւոր բարբառել բանս , և զմիաւորութե տնօրէնութեանն պատշաճագոյնս , ասելով . « Վաղցեալ ըստ մարմնոյն , ծարաւեցաւ , վաստակեաց , ննջեաց . և այնու ոչ եթէ զանձութիւնն ինչ թնամանեաց , այլ վասն զմարմնոյն բնութիւն ճմարտութիւն յայտ առնելոյ » : Եւ եթէ « Բնվիշտ և անմահ է Ղանն որ յայնչօրէ . յաղագս այն իւրացոյց իւր մարմնն՝ որ վշտանալն կարէ » : Եւ եթէ « Բնօրիւրում անձութեն միացոյց զբնութիւն մեր , և զամենայն ըստ բնութե մարդկութես մերոյ առնէ և կատարէ միածին Որդին Բստուծոյ . այլ ըստ անձութե բնութեն անախտ և անկարօտ , և լցուցիչ և կատարիչ ամենայն արարածոց » :

Եւրդ այսպէս բազմերջանիկ հարանցն անորոշաբար յիշել ՚ի վերայ միոյ Ղանի , ոչ առ ՚ի բաժանել զմին Ղան յերկուս դէմն , կամ յերկուս որդիս . քաւ լիցի . այլ զառաւելագոյն աստուած զամրութիւն առ ճմարտութիւն հաւատոյն տնտեսել կամեցեալք . միանգամայն թէ և զարափառացն տապատ արկանելով խումբս . որք ընդ ձեռն մին ասելոյն Ղանի բնութիւն , ուրանային զանսուտ նորա մարդկութեն խորհուրդ : Եւ վեր-

1 Textus est Severiani Gabaliensis, vel Eusebii Emissemi, iterum insequentibus fusius repli-

est ex itinere facto, carne et nervis ob itinerationem plus aequo distentis; non succumbente labori divinitate; sed corpore, quae naturae ipsius obveniunt, in se suscipiente. Qui vero nunc secundum carnis naturam haec ita profert, aliàs secundum unionem Verbo divino haec tribuit, dicens: "Ego sepulturam carnis, et operimentum ipsius Verbi esse dico; non per naturam divinitatis, sed per unionem dispensationis: similiter voces proprias, passionesque peculiare, moerorem et timorem Verbo divino esse dico, non per naturam divinitatis, sed per unionem dispensationis".

Sic porro per duplices istas orthodoxas semitas ad mysterium Incarnationis Verbi ascendere scientes sancti Patres, audebant quoque condigna naturis verba proferre, et unioni dispensationis convenientia, dicentes: ¹ "Esurivit secundum carnem, sitivit, defatigatus est, dormivit; quo non Divinitati honorem detraxit umquam, sed ut carnis naturam vere declararet. "Item: ² "Impassibile et immortale est Verbum, quod ex Deo Patre; quamobrem appropriavit sibi carnem passioni subjectam". Et rursus: "Cum suã divinitate univit naturam nostram, atque omnia juxta naturam humanitatis nostrae facit et perficit Unigenitus Dei Filius; sed secundum Divinitatis naturam inconcussus est, nihili indigens, implens atque perficiens omnes creaturas".

Sic itaque beatissimi Patres unius Christi memoriam indiscriminatim faciunt, non ut dividant unum Christum in duas personas, aut in duos Filios, quod absit; sed ut potioem ex hinc constantiam veritati fidei conciliare queant, unãque simul ut cacodoxorum sternant phalanges, qui unam Christi naturam esse dicentes, verum illius negant Incarnationis mysterium: posteriorem videlicet Eutychetem ³, qui

² Cyrill. Alex. Apolog. 10.

distinguit ut supra in adn. num.

³ Eu iterum duos Eutychetes

1. pag. 114. notavimus.

ջինն Աւտիքէս որ ոչ համագոյական կուսին դժոխաբանէր զմարմինն Վշի, և մի բնուածի: Օ առաջինն Աւտիքէս, որ յերկնից և անստացական ասէր զմարմինն Վշի, և մի բնուածի. զԱ աղէնտիանոս և զԱ ահնի, որ կարծեալք ասացին զերևումն Վշի, և մի բնուածի. զԱ պողինար և զԱ ուփրոնիոս և զԱ ուղիանէ, որ կիսաբաժ և ոչ կատարեալ զմերս ասացին բնուածի առեալ բանին ՚ի կուսէն, և մի բնուածի. զԱ Նոմիոս և զԱ րիոս, որ զաներևելի արարած ընդ երևելի արարածոյ շարակարգեալ ասաց զԱ անն ընդ մարմնոյն, և մի բնուածիւն:

Աչ հեռի ՚ի սոցանէ և զքոյդ կարծեմ ասել մի բնուածի. որ առ վտանգի խոշտանգանաց՝ մարմնանալ ասես այն Վանի. և յորմէ իցէ մարմինն, զայն ուրանաս: () րինակ իմն, որք զթագաւորական գահոյն պատուոյ արժանի վարկանին լինել. և յորմէ գահոյքն գեղեցկակերտեցան՝ զնիւթն իբրև զանարգինս անգոմնեալ ՚ի բաց մղեն. ոչ գիտելով թէ յայնժամ պատուեալ երևի իրն, յորժամ առ հոմատեսակն իւր ասացի. զի թէ այնմիկ ոչ ասացի՝ յորմէ առեալն եղև, ոչ ծանիցի առաւելութին՝ որումեհասն փառաց, և դարձեալ թէ ՚ի նորին վերայ էութենն ոչ հասցէ փառացն մեծութի, ոչ ասի փառաւորեալ, այլ փոփոխեալ. քանզի այլ առ այլ ասի փառքն և փառաւորելն, և ոչ առ նոյն:

Արդ կամ եկ խոստովանեա յառաջասացելոցն զքեզ մի ոք գու ՚ի չարապաշտից. և ծանիցուք որ յոյժդ ես մարդատեաց՝ զլանալով զայ մարդասիրութիւն. վասն զի նա առնլով յինքն մեծարեաց զբնութիւն, և դու ոչ խոստովանելովդ վատթարես: Օ ի՞նչ ևս ապա ընդ քեզ հարազատապէս մտքառեսցուք, որ ախորժեսդ հեթանոսաբար առ ՚ի մէնջ մեկուսանալ. և այն զի հրամանն ընկալաք՝ զհեթանոսացն ոչ կոխել ճանապարհ, և ՚ի քաղաքս Ամարացոց ոչ

1 Sophronium istum, incognitum ferme apud caeteros Scriptores, memorat etiam Photius in suâ Bibliothecâ pag. 887. Edii-

consubstantialem Virgini Christi carnem non esse effutiebatur ore infernali, adeoque *unam* asserebat *naturam*: primum Eutychetem, qui de caelo esse et increatam dicebat Christi carnem, ideoque *unam* habere *naturam*: Valentinum, et Manetem, qui phantasticam dixerunt esse Christi formam, *unamque* illi asseruerunt *naturam*: Apollinarem, Sophronium¹, et Julianum, qui dimidiam, non vero perfectam nostram dixerunt Verbum accepisse naturam ex Virgine, et ideo *unam naturam* habere: Eunomium et Arium, qui dixerunt Verbum carni esse coniunctum, tamquam invisibilem creaturam cum visibili creaturâ, proindeque *unam naturam* dicebant.

Non procul ab istis censeo tuum quoque unius asserendae Naturae modum; qui ob punitiois metum asseris Verbum Dei incarnatum fuisse; unde vero sit illius caro, negas. Exempli gratiâ, qui thronum regium in pretio habendum esse existimant, materiam vero unde thronus ille decore constructus fuit, sicut quidpiam vile contemnentem rejiciunt; nesciunt hi quod tunc res honoratur, quando asseratur de homogeneo sibi; sin autem de eo dicatur, unde sumpta fuit, minime innotescet consecutae gloriae amplitudo. Adde, quod nisi super illius essentiam advenerit gloriae magnitudo, non dicitur glorificata, sed permutata; de diverso namque dicitur gloria, et glorificatio, non vero de eodem.

Itaque veni, et vel invitatus confitere te unum esse ex recensitis cacodoxis; tunc noscemus, quod penitus sis misanthropus, negans Deo erga homines charitatem; quum ille assumptâ sibi nostrâ naturâ eam honoraverit, tu autem nolens id confiteri, pessumdaris. Quid ergo amplius tecum fraterno more congruendum, cui placet ethnice a nobis disjungi? quinimmo mandatum accepimus² *ne in viam Gentium abeamus, neque in Samaritanorum civitates introeamus*. Si

tionis Rothomagensis.

² Matth. 10. 5.

մտանել : Այա թէ 'ի չարաչար արմատոց անտի ոչ էս չարագոյն ընծիւղէալ շառաւիղ, խոստովանեսցիս ընդ մեզ, մանաւանդ թէ ընդ հանրական կաթողիկէ եկեղեցւոյ՝ զմի և զնոյն Վ՛ս՝ Խճ միանգամայն և մարդ . զի ծանխցի անբաժանելի և անշփոթ միութի մարմնացելոյ Վանին այ : Բնդէր լինիս իբրև զՅուր հոսեալ ընդ զառ 'ի վայր՝ անդրէն ոչ կարացեալ դառնալ . կամ իբրև զկարկուտ հատեալ յամպոց՝ առ հալէն հուպ լինելով, քան թէ առ վերստին կապին յամպս : Բնկալ առանց խարդախուէ՛ զգրեցեալն , և ճշմարտեա զոր առ 'ի Փրկէն կատարեցան իրագործութիւնքն : Սուտ համարեսջիր լինել զքոյինդ ջաղջախ և սխալականդ խորհրդոց իմաստ, և մի գնծայինն անսուտ գիր : Աթէ գրոյն գայթազղիցիս , գործոյն հաւատասցես . զի ապացոյցք բանի գործք 'ի Խնէն վկայեալ . « Գոնէ վասն գործոցն , ասէ , հաւատացէք » :

Ս'ի բաղդատեր զյոյժ 'ի միմեանց տարբերեալն . քանզի անդ անմարմնաբար և միայն ձևացութե՛ ներ գործութի . իսկ աստ մարմնով և հանդերձ ճշմարտուէ : Աերակրեցաւ առ Մբրահամու . ճաշակեաց և ընդ աշակերտսն . անդ յանմարմնութե , և աստ 'ի մարմնաւորութե . ուստի յայտ է՝ եթէ այն նմանութիւն գործոյ . իսկ այս՝ գործ ճշմարտուէ : Աթէ զգործս առ գործն տարեալ հաւասարեսցես , հաւասարեալ լինին և երեւոնքն՝ առաջինն և վերջինս : Օնորին հետ երթիցէ ծնունդն , աճումնն , մահն , թաղումնն , յարուին , համբառնալն . ընդ որս ինքն անցանելով ըստ նմանութե գլխոյ՝ զբոլոր զառ 'ի յեկեղեցւոյ զհետ հրաւիրեալ կուէ զպատշաճեալ իւր անդամն . և ամենայնքս մեր՝ ըստ քեզ՝ ստուեր և երևութիւնք առ 'ի յոյսն ակնկալութիք : Մտուստ ապա և Ս՝անի և Ս՝արկիոն կենդանացին՝ զինի այնքան ամաց՝ տեսանելով զքեզ իւրեանց եղեալ զարմ : Աորուսանես , ասէ , մարգարէն զստութեան խօսողսն . եթէ կորուսանէ բանն , առաւել ևս գործն ընձե-

1 Johan. 10. 38.

2 Gen. 18. 8.

3 Subintelligitur phantastice peracta est.

vero non es ex malis illis radicibus pejor pullulatus ramus, confitere nobiscum, immo cum universali Ecclesiâ Catholicâ, unum eundemque Christum Deum simul et Hominem, ut indivisibilis et inconfusa unio Verbi Dei Incarnati innotescat. Cur vis esse sicut aqua deorsum effusa, quae nequit sursum redire? vel sicut grando a nubibus decisa, quae facilius dissolvetur, quam possit iterum nubibus conjungi? Suscipe absque dolo scripta, et agnosce acta a Salvatore perfecta. Fallacem reputa esse tuam concussam fallibilemque sententiam, minime vero divinam Scripturam, quae non fallit. Si per Scripturam scandalizaris, crede per opera; nam probatio sermonis opera sunt, teste Domino: « *Saltem, inquit, operibus credite* »¹.

Noli invicem conferre, quae nimium sibi discrepant: nam olim incorporaliter, et figurate dumtaxat operabatur; nunc autem in carne, et veraciter. Cibum sumpsit tempore Abrahae², manducavit quoque cum discipulis suis; illic incorporaliter, hîc autem in Incarnatione: unde patet illud fuisse acti assimilationem, istud verum actum. Si opus volueris operi adaequare, ea etiam, quae apparebant aequanda forent, anteriora illa, haecque posteriora. Hinc sequetur nativitas, incrementum, mors, sepultura, resurrectio, et ascensio³, per quae ipse, ut Caput, pertransiens cuncta Ecclesiae membra sibi coaptata post se invitans vocat: secundum te autem omnes nostrae spei expectationes umbrae sunt et phantasmata. Hinc itaque Manes et Marcion reviviscent post tot annos, videntes, te suam esse progeniem. *Perdes*, ait Propheta, *qui loquuntur mendacium*⁴: si verbum deperdit, quanto magis opus perditionem inducet? *Abraham pater noster nonne ex operibus justificatus est?* ait magus Jacobus⁵. Ut quid mendacium,

4 Psalm. 5. 7.

5 Jac. 2. 21.

ուէ կորուստ : Աբրահամ հայր մեր ոչ ապաքէն 'ի գործոց արդարացաւ, ասաց մեծն Յակոբոս . ընդէր զսլտուութի, և ոչ զհաւատս 'ի բանս և 'ի գործս աւփորձիս ցուցանել, կամելով լինել որդի անդրանիկ 'ի հօրէ սատանայի :

Հիմ ջանաս փոփոխել զմակագրութի անուանն, և դնել զայլոյ ուրուք անուն, յորմէ հեռի են ասացուածքն . և կամ թէ յեղանակել զբանն՝ ոչ որպէս ինքն խնդրէ : ՏՕՐ զքեզ ներխորհրդումն բանի, և մի զխորհուրդ բանին առ քեզ բունադատեալ թիւրեացես : Ս կայեա՛ այնոցիկ բանից, որոց անն Քան վկայեաց ընտրել . և մի զքոյդ արդարացուցաներ՝ 'ի բազմաց կրեալ ստգտանս և ապաբանութի : Ն ա նիւր, զո՞ որ 'ի նոցանէ ըստ բնութե է ասացեալ . և ոյք այնոցիկ իցեն՝ որ ըստ միաւորութեն տրամաբանեցան : Աւ այսպէս լուսաւորագոյն իմացուածով կարասցես 'ի միտ առնուլ զերկաքանչիւրս գրեցելոցն բանից խոհականութիս :

Քանզի բազում ինչ անյայտութիւն և տարակուսանք յաւետարանականսն գտանի ձայնս և յառաքելականս, առ որ եթէ խաւարազգած որ 'ի ներքս յառեալ նայիցի հոգւոյն ահամբ, նոյն ինքն մոլորուէ պատճառ ճմարտութեն նմա եղանի ասացուած : Որպէս յիմարամիտն այն Ապողինար՝ լսելով յառաքելոյ, «Որովհետեւ մանկունք հաղորդեցին արեան և մարմնոյ, և ինքն իսկ մերձաւորութիւն կցորդ եղև նոցուն» . աստուստ ապա զմարդկայինն՝ 'ի բաց կրճատեալ եհան 'ի մարմնոյն Քրիստի զբանական հոգին, ասելով . Աճային էր հոգիացեալ հոգւորութիւն : Այնպէս և այլով իւրիք բանիւ այլ որ վրիպեալ մոլորեցաւ, յասել անդ Վրկչին . «Աչ որ ել յերկինս, եթէ ոչ որ էջն յերկնից որդին մարդոյ՝ որ էն յերկինս» . կարծեաց Աւտիքէս առաջին յերկնից բերեալ, և յանձային բնութեն հայթայթեալ Քրիստի մարմնն, և իբրև ընդ խողովակ զնոյն անցուցեալ ընդ մէջ կուսին . ոչ իմանալով թէ յաղագս առ երկնայինն միաւորութե որ յերկրէն էր՝ ասիւր այս այսպէս : Արդ է՞ ուրեմն յաւ

non vero fidem in verbis et operibus niteris ostendere, optans filium te esse primogenitum *ex patre diabolo* ^r natum?

Cur permutare conniteris nominis conscriptionem, atque alterius nomen reponere, a quo distant ea verba; aut contra illius sensum verba commutare? Applica te ipsum ad verbi sensum, nec sensum verbi ad te violenter contorqueas; eadem proferto verba, quae Verbum Dei testatum est se elegisse; neque tua tuere a plurimis accusatione sauciatu ac confusione. Nosce quaenam ex iis Scripturae verbis relate ad naturam dicta sint, quaenam autem relate ad unionem prolata: sicque clariori intelligentiâ utrumque conscriptorum verborum sensum comprehendere poteris.

Haud modica namque obscuritas et ambiguitas in Evangelicis Apostolicisque vocibus reperitur quas si quis tenebris obnubilato animae oculo introspicere voluerit, illi vel ipsa veritatis dicta erroris causa fient. Sicut insanae mentis Apollinaris audiens ex Apostolo: *Quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini, et ipse similiter per affinitatem participavit eisdem* ²: hinc ille humanam mutilans naturam ex Christi corpore exclusit animam rationalem, dicens: „Divinâ erat ipse animatus animatione“. Item alio quoque verbo alius quidam in errorem sese praecipitavit, quum dixerit Salvator: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo Filius hominis, qui est in caelo* ³. Hinc existimavit Eutyches primus Christum de caelo adduxisse, et ex divinâ naturâ sibi carnem aptasse, eamque per virginem veluti per canalem quemdam transire fecisse; non intelligens, quod propter terrestri cum Caelesti unionem, istud sic dicebatur. Est ergo in divinis Scripturis verbum, quod dictum est, et intelligitur secundum naturam, est-

³ Johan. 3. 13.

տուճաճային գրիցեալն բան՝ որ ըստ բնութեն է ա-
սացեալ և իմանի, և է որ ըստ միաւորութե տնօրէ-
նութեանն : Օ ի յորժամ ասէր Վրդկին ցՎիդիպոս,
« Որ՛ետես զիս՛ ետես զհայր իմ : » Թէ զտեսանելս զայս՝
առ բնութեն տեսուի զոր ունի Որդի զհօր, ոչ ա-
ռաջնորդեսցես մտացն աչաց, ոչ միայն թէ որդեհայ-
րութիւն ՚ի ներքս ածեալ մուծանես, այլ և մարմին
ևս հօր շնորհեսցես՝ որպէս և Որդւոյ : Իստ նմին և
յորժամ ասէր, թէ « Աս և հայր իմ մի եմք », ոչ ըստ
դիմաց և առանձնաւորութեան զմին ասէր գուլ այլ
ըստ բնութեան :

Իս որ դու կուրացեալ մտօք հայելով՝ ոչ գիտա-
ցեր զանազանել, այլ մեղադիր եղեալ առաջնոցն առ-
տուճաճիսութե՛ գրեցեր և ասացեր, թէ Օ ի՞նչ
պարտ է զճարտարան Յունաց համարել, որք ասէն
զԱրորդուին դիմօք և առանձնաւորութե՛ք բաժա-
նեալս, և անութե՛ք միաւորեալ : Ուստի յայտ արա-
րեր, թէ դու և ոչ զմի յերկոցունց յայդցանէ ոչ
ընդունիս . և այդպէս՝ ոչ բաժանելով ըստ դիմաց՝
լինիս Սաբելացի, և ոչ միաւորելով ըստ բնութե՛ Մ-
րիոսեան : Ալ եթէ ոչ բաժանի ըստ դիմաց, զհարդ-
առանձնաւորութե՛քն կարեն անշարժ մնալ . զոր մեծն
Վրիգոր ասէր՝ Սաղիազու, թէ՛ « Օ երիս գոյուինն
ոչ միոյ իմանալ ժողովման, կամ լուծանելոյ ՚ի մի-
մեանս, և կամ խառնակուե՛ », . և դարձեալ « Աթէ
ոչ անութեամբն միաւորես, օտար սպաբէն ՚ի ներքս
ածես բնութի՛, և յանհաւասարս զզուգահաւասարն
դնես գոյացուի » : Իսրդ այսպէս ընդ խաւար զճըշ-
մարտագոյնն շօշափեցեր լոյս . և զկուրութի մտաց
քոց զսրբովքն արկանես հարամբք, զորս ճարտարս
Յունաց անուանեցեր . և զայս ՚ի քեզ հայելով ասա-
ցեր . զի թէ դու ՚ի գիտութե՛ էիր եղեալ, զայլս ոչ
անուանելիր գիտունս : Իսկ մինչ ճարտարս զնոսա
խոստովանեցեր, զառ ՚ի նոցանէ իմաստաբար ասա-
ցեալն իբր ոչ ընդունիցիս : Իայց իցեն ո՞վ արդեւք
ճարտարքն այն Յունաց, հարցանեմ ցքեզ՝ թէ զճըշ-

1 Johan. 14. 9.

2 Greg. *ὁπαύτορα*. Vid. Atha-nas. in Exposit. Fid. Tom. I. pa-
gina 80.

que aliud secundum unionem dispensationis. Quum enim Philippo dicebat Salvator: *Qui videt me, videt et Patrem meum*¹: nisi visionem istam acie mentis ad Naturae rationem, quae Filio communis est cum Patre perduxeris, non solum Filio-Paternitatem² introduces, sed etiam sicut Filio corpus attribuas Patri necesse est. Sic etiam quando dicebat: *Ego et Pater unum sumus*³ non secundum personam proprietatemque unum esse dicebat, sed secundum naturam.

Quae tu obcaecatâ mente perspicuens distinguere non potuisti, sed spretâ Majorum Theologiâ scripsisti et dixisti: « Quidnam habendi sunt Graecorum Rhetores, qui dicunt Trinitatem esse personis ac proprietatibus divisam, divinitate vero unitam ». Quo declarasti te neutrum istorum concedere; atque ita non dividendo secundum personas, Sabellianus fis, non uniendo autem secundum naturam, Arianus. Porro nisi dividantur secundum personas, quomodo possent proprietates permanere constantes? sicut magnus Gregorius Nazianzenus dicebat: ⁴ « Tres » hypostases non esse unius collectionis intelligendas » aut inter se dissolutionis, aut confusionis». Et rursus: « Nisi divinitate unieris (*personas*), alienam » utique inducis naturam, et inaequalibus aequalem » tribuis hypostasim ». Hoc itaque modo per tenebras lumen veracius tetigisti; mentis autem tuae caecitatem sanctis Patribus tribuis, quos Graecorum Rhetores nuncupasti: idque relate ad teipsum dixisti; alioquin si tu in scientiâ fuisses eruditus, alios non nominares eruditos; quum vero Rhetores⁵ illos esse confessus sis, quomodo eorum dicta sapientissima non admittis? At si verum dicas, te interrogo: qui sunt illi Graecorum Rhetores? Etiam si tu mentiri volueris, tua de illis accusatio nobis indicat nominatim illorum verborum Auctores. Dixisti, eos per-

³ Johan. 10. 30.

⁵ Vel eruditos.

⁴ Serm. xxix.

մարիտն ասացես . զի թէ և դու կամիցիս ստել ,
ամբաստանականն քո բան՝ որ զնոցանէն՝ յանուանէ
մեզ զասացողս բանիցդ այդոցիկ ցուցանէ : Մայեր ,
թէ դիմօք և առանձնաւորուք բաժանեն , և անու-
թիւն միաւորեն : Մյս՝ ի սքց հարանցն ասացեալ եղև .
“ Այ ծանօթուիքն յիւրաքանչիւր ումեքէ բարձեալ
լինի , և ոչ առանձնաւորական նմանութիւն յայլում
ումեք երևեալ ” : Աւեթէ՝ “ Ռաժանի անբաժանաբար ,
և միաւորի որոշմամբ . ոչ զմիաւորութիւն խառնակու-
թի գործելով , և ոչ զբաժանումնն՝ օտարուի ” : Աւ-
եթէ՝ “ Արտ է զմի անուանին պահել , և զերիս դէմն
խոստովանել , և կամ զերիս գոյացութիւնն . և զիւ-
րաքանչիւրոք հանդերձ յատկութեամբ ” : Աւեթէ՝
“ Այ անգոյք են անուանքն , կամ միոյ դիմաց . մինչ զի
լինել ճոխութիւն մեր անուամբ , այլ ոչ իրօք ” :

Մյս են երջանիկ հարանցն անբաժանական դաւա-
նութիւնքն . որովք բանիւք դու հերձուածօղս առա-
սես զնոսա , և ոչ զանգիտես և զարհուրիս՝ զթունա-
լից որպէս զօձի զէզուդ քո շարժել ընդդէմ նոցա ,
որք արբանեակք և սպասաւորք եղեն Ռանին այ . ան-
յողդողդելի հաւատով զնորայն հիմնացուցին զեկեղե-
ցի : Աւ զինչ զարմանք են յանազանիցն ոչ պատկա-
ռել քեզ արանց . որ զի և առ նոյն ինքն վեհագոյն
բնութիւնն անամօթեցար զհայհոյութեդ քո ձգել
բան , ոչ խոստովանելով ՚ի միումանեղ բնութե զե-
րիս դէմն և զերիս առանձնաւորութիւնն , զհայր և
զԱրդի և զսբ հոգին : Մնդ ձեռն որոյ ՚ի բաց բառնա-
լով զպատճառն՝ որով իւրք միմեանց են և ասին , ընդ
նմին բարձեալ լինի և իւրաքանչիւր ուրուք նոցա գոյ-
ուին . ընդ որով ապա և ոչ Մտուած , և մնալ քեզ
անաստուած , որ այդպէս յանդուգնդ ես յանատե-
տուին . որ իմաստասիրեսդ և ասես , թէ որ ՚ի հօրէ
անձնն էր՝ նոյն անձնաւորեցաւ ՚ի սբ կուսին :

Յորժամ ընդ հօր զնա անբաժանելիրն , ոչ չնորհե-
ցեր նմա զկատարելութի ունել զիմի . իսկ այժմ եր-
կուցեալ՝ թէ մի գուցէ խոստովանել հասցէ ՚ի կու-

1 D. Athan. Serm. de Trinit.

2 Greg. Nazianz. Serm. de Epiphaniâ. xxxix.

sonis ac proprietatibus dividere, divinitate autem unire. Utique; sic a sanctis Patribus dictum est: „Nec notiones ab unoquoque auferantur, nec personales species in alio aliquo apparent¹“. Rursus: „Dividitur indivisibiliter, et unitur cum distinctione; nec per unionem confusio fit, neque per divisionem alienatio²“. Et rursus: „Oportet unam Divinitatem servare, et tres personas sive tres hypostases, confiteri, et unamquamque cum suis proprietatibus³“. Et iterum: „Haud inexistencia sunt, aut unius personae nomina, ita ut opulentia nostra nomine tenuis ac non reapse fiat⁴“.

Hae sunt beatorum Patrum Theologicae professiones, quorum verborum ratione tu Haereticos illos esse dictitas, neque vereris, nec horrescis linguam tuam serpentis instar venenosam contra eos movere, qui satellites quum sint ac ministri Verbi Dei, per inconcussam fidem illius Ecclesiam firmaverunt. Quid mirum porro, te sanctos Viros non timere quum vel in ipsam supremam Naturam ausus sis blasphemiae tuae verba impudenter jaculari, nolens in unâ increatâ naturâ tres personas tresque hypostases confiteri, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum? Quamobrem, ablata ratione, qua unaquaeque (*persona*) est atque dicitur alterius, unâ simul auferatur etiam uniuscujusque subsistentia; unde, neque Deus extabit; et tunc tu Atheus manebis, qui adeo in divinarum rerum speculatione audax es; qui philosopharis et dicis: „Quae ex Patre erat persona, eadem in sanctâ Virgine efformata est“.

Quum de Deo agens asserebas eum esse Deum cum Patre, non concessisti ei perfectionem habere personae; nunc autem veritus ne forte confitendum tibi sit eum ex Virgine, id est, ex humanâ naturâ

սէն , այսինքն 'ի մարդկային բնութէն , զկատարելա-
գոյնն տալ նմա գոյութի մարդեղունէ , անձն 'ի Տօ-
րէ զնա անուանեցեր : Իսկ մինչ անձն ասես , ընդէր
հրաժարես զնա դէմ ասել . եթէ արդեւք վարդա-
պետեցար 'ի քում արուեստարանիդ՝ այլ գու զանձն ,
և այլ զգէմն . որ թէպէտ և է ուրեք՝ որ զանազանի
'ի զանազան տեսական , սակայն առ մի և նոյն առեալ
իրակութիւն զնոյն երկոքին ակնարկեսցեն : Վանզի
զումեմնէ ասի՝ թէ անձն և եթէ դէմ . և այս հա-
սարակաբար զհետ երթիցէ մարմնական և անմար-
մին տեսական . քանզի իւրաքանչիւր առանձնաւո-
րեալքն 'ի տեսակին՝ դէմ անուանի . որպէս 'ի մարդ-
կանէ՝ Վաւղոս յատկացեալ դէմ առկոչի . իսկ յանմար-
մնոցն՝ Վաբրիէլ առանձնացեալ դէմ անուանի . սա-
պէս յանեղագոյն էութէն , հայր կամ Որդի կամ
հոգի առանձնակի յիշեալ՝ դէմ առասի : Եւ արտո-
րոշեալ ճանաչի 'ի նոսա դէմն այսուիկ . հօր ծնող
գու . Որդւոյ ծնունդ . իսկ հօգւոյ ելումն : Եւ նոյն
սա է առանձնաւորութի . զի որով իւրք նշանակեսցի
դէմն , նոյն և առանձնաւորութիւն նմին եղիցի :

Արդ զիարդ գու մոլորեցար՝ կամ ոչ իսկ ասել դէմ
և առանձնաւորութիւն երեքանձնական զօրութեն ,
և կամ թէ ասել՝ չարչար ասել՝ ընդ Վիբէացւոյն ե-
լանել սուր . փոխանակ երից դիմաց և առանձնաւո-
րութեան՝ մի ասել դէմ և առանձնաւորութի : Եւ
համայն հիացեալ եմ մեծապէս՝ զնորանշանդ 'ի քեզ
տեսանելով ձեացութի . զի այլք յահեկականացն
զմի մի ինչ 'ի սատանայական ուսմանցն բարձեալ տա-
րան շահս . իսկ դու յոյժ ազահեղով և ոչ զմի որ
անտուստ 'ի կողմանէ թողլով տենչացար . մինչ թէ
զնոյն զմարդարէին առ քեզ բարբառել իրաւացի է .
“ Եբարձ զաչս քո յուղղութի և տես , ո՞ւր ոչ թա-
թաւեցար 'ի ճանապարհս քո ” , և որ 'ի կարգին . առ-
ամենեսեան անամօթեալք , և 'ի խոստովանականս ,
և 'ի կարգս , և 'ի կրօնս . առանց ամենեցուն հոլա-
նեալ , և զամենեցուն 'ի տեղի արարեալ լցեր զհայ-
հոյութեանն չափ :

perfectam suscepisse incarnationis existentiam, personam ex Patre eum nominasti. Quum ergo personam dicis, cur recusas eam hypostasim dicere? num didicisti in tuo gymnasio artificioso aliud esse personam, aliud vero hypostasim? quae etiamsi aliquando relate ad variantes species distinguantur, ad unam tamen eandemque rem accommodatae, idem ambo indicabunt. Enim vero de aliquâ re dicitur tam persona, quam hypostasis; idque communi ratione consequitur corporales incorporalesque species; singuli quippe personaliter distincti in specie, hypostases nominantur; sicut ex hominibus Paulus proprietate suâ distinctus, hypostasis vocatur; et ex incorporalibus Gabriel seorsim sumptus, hypostasis appellatur. Eâdem ratione in ipsâ increatâ essentiâ Pater, aut Filius, aut Spiritus particulariter memoratus, hypostasis dicitur. Distincta autem hypostasis in illis hoc modo dignoscitur: Patrem Genitorem esse, Filium Generationem, Spiritum vero Processionem. Atque hoc ipsum est Personalitas; qua enim re assignatur hypostasis, eâdem etiam personalitas fit.

Quomodo ergo tu in errorem inductus es? vel non asserendo hypostasim et personalitatem Virtutum Personarum, vel asserendo, pessime dicis, gladio ictus Libyci Sabellii, qui pro tribus personis ac hypostasibus unam dicebat personam ac hypostasim. Et profecto summâ afficior admiratione, novâ omnino in te contemplatâ figuratione. Alii enim ex sinistra parte stantes unum tantum, quemque diabolici studii fecerunt lucrum; at tu nimis avaritiae deditus, nullum praeterire avidiori animo passus es: ita ut iustum sit erga te Prophetæ effatum dirigere: *Leva oculos tuos in directum et vide, ubi non prostratus sis in viis tuis*, et caetera¹; erga te, qui in omnibus impudice te geris, in confessione, in ordine, et in religione; quique tu ipse solus denudatus, atque cunctorum vices adimplens blasphemiae mensuram perfecisti.

¹ Jerem. 3. 2.

Պոյ հնար թուել զխիճս հեղեղատի, և զաւազ ծովու, և զչիթս անձրևի, և ոչ զստեղծեալն առ ՚ի քէն նորագիւտ բանս և իրս. ընդ հակառակս ելանել անձայնոյն խորհեցար գրոյ. «Վ ցցի, ասէ, երկիր գիւտուք ան իբրև զՅուրս բազումս՝ որ ծածկեն զծովս,» Լսանակ և դու հրապուրողականդ քո բանիւք ծովացուցեր, ան օր և ժամ և ամիս՝ քեզ նորաձեւութեան : Ո՛ր տարցուք զառ ՚ի քէն հասեալ ՚ի մեզ աղէտս. ո՛ւմ պատմեսցուք զարիսս, կամ ո՛ւմ գոյժ տացուք զանջատելոյդ ՚ի կաթանէ, զհատուցելոյդ ՚ի ստենէ. որ եղիր յերկինս զբերան քո, և զլեզու քո ածես զերկրաւ. որ ջանասդ մերժել ՚ի մէնջ զօրէնս ան մերոյ, և պատմել մեզ փոխանակ այնոցիկ այլ մոլորութի. որ իբրև զձի ընդ քիրան մտեալ՝ ոչ կասես յընթացից քոց. և ոչ ասացեր՝ թէ Լսող հանգեայց. զի զայն առ ուժի գործէիր : Որ յոյժ պինդ ունիս զմիդ ասել բնութի. և ասելոյդ քո խորհուրդ ՚ի վաղէնտինեայցն և ՚ի մանիքեցւոյն հայի աղձատանս : Իսկ զառ ՚ի յերկուց բնութեցն ասել՝ ոչ միայն թէ լսել ոչ կարասցես, այլ և վատթարագունի իմն նմանեցուցանես տարացուցի. որ է ըստ քում անձախօսութեանդ և տարացոյցն քո : Եւ յաղագս այդր երկիւղի, թէ մի գուցէ զփրկչական մարմինն ՚ի մարդկայնոյս ասել հարկեսցիս բնութի, ՚ի հանուր իսկ էակացս ՚ի բաց բարձեալ տարար զանուն բնութի, ասելով. Ոչ ասի այլ բնութիւն, բայց արարաւ կանն և էթ. և անքս ՚ի նմանէ ածանցոցեալք՝ զնա ունին միայն իւրեանց բնութի : Որպէս զի ըստ քեզ՝ յերկուց մին պատկանեսցի, կամ զարարին թուել ընդ արարածս, որ է անսծութի, և կամ զսծութի կարծիս բերել ՚ի վերայ արարածոյս, որ է բազմսծութի. և նոյնպէս երկոքին անսծութի : Լսս է քո պանծալի անձաբանութիդ, մանաւանդ թէ յիմարութեդ ցոյցք, զնիւթս զայս յաւէժակից ասել արարչական զօրութեան. բնութի, և ոչ ստացուած նմա զսա համբաւել :

1 Eccle. 1. 2.

2 Isai. 11. 9.

3 Isai. 28. 9.

4 Psal. 72. 9.

Dinumerare quis poterit calculos torrentis, ¹ arenam maris, et pluviae guttas; non tamen conficta a te novitatis verba et commenta. Secus divinae Scripturae cogitasti te prodere: *Implebitur*, inquit, *terra scientiâ Domini, sicut aquae maris operientes* ². Sic tu quoque seductoriis tuis verbis mare vastum edidisti: omnis dies, et hora, et mensis, novitatis tempus est tibi. Ubi portabimus calamitates ex te in nos pervenientes? cui referemus mala tua, vel cui umquam nunciabimus deplorabilem rumorem de te *ablactato a lacte, avulso ab uberibus* ³? Qui *posuisti in Caelum os tuum, et linguam tuam transire facis in terrâ* ⁴, qui studes amovere a nobis leges Dei nostri, atque enarrare nobis pro iis errorem alienum ⁵. Qui *sicut equus sudore defatigatus non cessas a cursu tuo* ⁶; *neque dixisti: Quiescam* ⁷; id enim per vim agebas. Qui nimis acriter tenes modum dicendi unam naturam; intentio autem hoc dicendi pertinet ad Valentinianorum Manichaeorumque nugas. Quum vero *ex duabus* dicitur *naturis*, non solum recusas audire, verum etiam turpissimo cuidam exemplo assimilas; quod est saepe juxta tuam theologiam. Et ob hunc timorem, ne forte cogaris Salvatoris carnem ex humanâ dicere naturâ, universis entibus Naturae nomen abstulisti, dicens: Nulla dicitur natura praeter Creatricem, omniaque ab eâ producta eam tantum sibi habent naturam. Proindeque, juxta te, horum unum consequitur; aut Creatorem oportet connumerare cum creaturis, quod est Atheismus; aut divinitatem tribuere creaturis, quod est Polytheismus: utrumque pariter Atheismus. Haec tua est excellens Theologia, immo stultitiae specimen; materiam hanc nostram creatrici Virtuti consempiternam asserere; naturam, non autem illius creaturam, istam divulgare.

5 Isai. 30. 10.

6 Jerem. 8. 6.

7 Isai. 57. 10.

Եւ սակայն լիրբ և չար լինելով՝ զամպարչտուեղ ոչ գիտացեր զյագուերդ . որպէս ասէ մարգարէն : Յորժամ տեսանես զմարդկային ինչ ուրուք ճառեալ զՔրիստի կրիցն , յանդգնիս աներկիւզաբար 'ի գրեցելոց անտի՝ որ զայնն քարոզէ՝ 'ի բաց ջնջել զբանն . և ասես՝ Արոմնացան մշակացն է զայդ սերմանեալ : Ար ոչ միայն է անհաւանական՝ զոր ասեսդ , այլ և անհաւաստի : Յորժամ չար մշակքն 'ի վերայ բարի սերմանն որոմնացանուք լինել հանդիսանային , աւմենեքին առհասարակ եկեղեցականացն 'ի բաց բարձեալ եղեն հոգաբարձուք . անտերո՞ւնչ՝ 'ի Վրսէ առ մի հաւաքեալ գաւիթ՝ չըջէին հօտիցն բազմութիւնն . ոչ որ տեսանէր , և ոչ այն որ լսէր : Ըրդ եթէ էին ոմանք , այլ և յոլովք ևս կենդանիք մնացեալք , զիմորդէր՝ եթէ զթիւրութեն արտահալած առնելով զաւանդիչս , զիւրեանցն 'ի ձեռս նոցա տային առ 'ի թիւրել զուղղասացութի :

Եւ կամ զորս 'ի մէջլից աստի Հոգին սուրբ զարթոյց՝ լինել զկնի առաջնոյն լուսաւորիչք , զերկոսին զնոսա ասեմսքս՝ զԱհակ և զԱ՛աշոց , և զամենեւին զընտրեալն զարբանեակս նոցուն և զգործակիցս , զԱզնակ և զայլսն . և կամ որ ըստ նոցանէ , և ոչ հեռի 'ի նոցանէ՝ զմեծն իմաստասիրաց և զհռչակեալն ընդ տիեզերս զՊր՝ովսէս . որք էին միանգաւ մայն արուեստաւորք թարգմանիչք և ուղղափառք : Աորա և այնքան ոչ կարացին ճանաչել զօտարոտի խառնուածն . փոխանակ անխարդախ կաթինն հրապոյրս պղտորս իւրեանցայոցս արբուցին համազանց . վարձկանք և ոչ հովիւք լինելով՝ անփոյթ արարին զոչ խարացն : 'Ա՛ ձեզ հնչեաց բանն այ , և առ ձեզ միայն եհաս աւետարանն : 'Վո՞ւք ուրեմն հովիւն քաջ՝ 'ի Վրսէ զինքն ասացեալն . ամենեքեան՝ որ յառաջ քան զձեզն էին՝ գողք էին և աւազակք :

Եւ ասէք . անսիրութեան միանգամայն և ուսու մնասիրութեան ըմբռնեալ ցանկութիւն , որոց և հանգիպել կարացին գրիցելոց՝ թարգմանեցին և բերին : Օ՛րնչ ասէք . անասէրք լինելով՝ անատեցութե՞

Verum impudens et improbus quum sis, impietatis tuae *nescivisti saturitatem*, sicut inquit Propheta¹. Quum vides aliquem humana quaedam enarrasse de Christi passionibus, audes intrepide a scriptis ejus, qui illa praedicat, expungere verbum, dicens: Operarii zizania seminantes illud seminarunt. Quod dicis, non modo improbable est, sed etiam nullius valoris. Quum maligni operarii supra semen bonum zizania seminare publice praesumerent, omnino abfuerunt Ecclesiasticarum rerum Curatores? ane sine tutore aliquo multitudo gregis a Christo in unum ovile congregata ambulavit vagans? nemo vidit, nemo audivit? Sin vero erant nonnulli cum aliis adhuc viventes, quomodo factum est, ut quum ipsi expellerent novatores obliqua tradentes, recta verba sua in manus eorum traderent detorqueunda?

Quosve ex hisce suscitavit Spiritus Sanctus post primum illum Illuminatores fieri, ambos illos Sanctos, inquam, Isaacum et Mastotzium, cunctosque electos eorum ministros et cooperatores, Eznacium cum reliquis; quive illis posterior, nec ab iis procul, magnum dico inter Philosophos celebremque in orbe terrarum Dominum Moysen: qui simul erant optime periti Interpretes, et orthodoxi. Hi neque adeo competes facti sunt, ut cognoscerent alienam mixturam? an pro lacte sincero seductiones turbidas suisne bibere dederunt nationalibus? mercenarii forsitan, non vero pastores, existentes neglexerunt oves? *An a vobis verbum Dei processit*², *aut in vos solos pervenit Evangelium?* Vos ergo estis *Pastor ille bonus*, quem se esse dixit Christus³? *omnes ergo, qui ante vos fuerunt, fures erant atque latrones*⁴? At dicitis: «*Ducti avidius Dei simul atque studii amore, quaeque invenire potuerunt scripta, interpretati sunt, et adduxerunt.*» Quid dicitis? Dei amantissimi quum essent, odium Dei praesumpserunt opus praestare? atque a lit-

1 Joan. 10. 11.

2 Ibid. vers. 8.

յանդգնէին ցուցանել գործ . և յուսումնասիրուածէ անտի կանխեալք՝ ելանէին առ յիմարուի՞ն, զդառնն քաղցր վարկանելով, և դնելով զխաւարն իբրև զլոյս . զչարն ընդ բարւոյ փոխանակել, և բառնալ բերել զմարգարէականն՝ ՚ի գլուխս իւրեանց վայասացուի :

Այսպէս մնտտիս զմնտտեօք պատէք, որպէս ասէրն Յովք . և դնելով ստուի՞ ՚ի յոյսն ձեր՝ ընդ ստուածքն և մտեալ ծածկիք ըստ Ասայայ բանին : Ասեսքաղցնուլ գրեալ յաւետարանսն զԱՅ՝, և զուղիս այնուհետև ՚ի շատխօսուածեանն հոսանս՝ ասելով . Ո՞րպէս վայել է այլ քաղցնուլ . զքաղցն իմանամ, և ոչ մարդկայնովս օրինակեալ ներքատակեմ՝ զնորայն : Օ՞ ի մարդուամ քաղցնուլն զապականուածի ներգործէ, և նոյն ինքն քաղցն ոչ է այլ ինչ, եթէ ոչ ապականուածիւն :

Այլ էս նախկին, զի և ոչ իւրք գիտեմ զմծայինն հարկաւորագունիցն ներքոյ անկեալ բռնուէ . զի թէ այս էր, հարկ էր և մարմին ասել գոլ զպարզն և զան մարմին զօրուածին : Այլ սուտ լինի ըստ ձեզ ՚ի կնոջէ մարդ զնա լինել գրեալն . այլ զինքեանն բերեալ երեւեցոյց մեզ յերկնից մարմին : Մեզ ձեռն որոյ երթեալ հանդիպիս զոր միշտն ինդրես, Աւտիքեայ առասպելականին : () րինակ իմն, մանուկ մոլորեալ ուրանօր և երթիցէ, զմայրն վերաձայնեալ կարգայ :

Վարձեալ զի և որ ՚ի մեզ բնաւորականքն են հոգեկանք և մարմնականք, ոչ են ապականիչք և կամ ապականուածի բնուածէս մերում : Վանզի ապականուածի՝ ներլինելուածէն ներհականայ . և ներհակքն ոչ կարեն համանգամայն ՚ի միում, և ՚ի նոյն ժամանակի բաղկանալ . իսկ քաղց և ծարաւ և աշխատուի և տրտմուածի և հոգք և երկիւղ և ցասումն՝ և ս և անգիտուի և որ սոցին նմանք, համանգամայն ընդ ներլինելուածեանն բանի առեալ լինի մարդուամ . ապա ուրեմն ոչ են այսոքիկ ապականուածի . զի եթէ էր ապականուածի, ոչ կարէր ՚ի միասին ընդ գոլոյն բաղկանալ . այլ են բաղկացականք գոյացուէ : Վանզ զի ասէր գոյացուցիչն մերում նախահօրն . «Յամծա

terarum studio inchoantes, ad stultitiam ascenderunt? *amarum pro dulci dicentes, et ponentes tenebras lucem*¹; ita ut malum pro bono fuerint mutuati, et propheticam maledictionem in capita sua praetulerint?

Ita vanis vana applicatis, ut aiebat Job², et *adjecto mendacio in spe vestrá, sub mendacio quoque intrantes occultamini*, juxta Isaiae dictum³. Audis Jesum esurientem in Evangelio scriptum, et illico demergeris in gurgites loquacitatis, dicens: "Quomodo decet Deum esurire? Famem intelligo, minime vero humano more ejus famem configuro: esurire hominem corruptionem agit, et fames ipsa nihil aliud est, quam corruptio." At ego primum nullo modo novi divinam naturam necessitatibus esse subjectam; alioquin necesse foret carnem etiam dicere simplicem illam et incorpoream Virtutem. Itaque falsum erit secundum vos etiam scriptum de illo, hominem ex muliere factum fuisse; sed potius dicendum erit propriam de caelo ductam carnem nobis apparere fecisse. Quo posito, abiens confugis, quod semper optabas, ad Eutychium fabulosum; eodem saepe modo, quo puer errabundus ubicumque vadat, clamans vocat matrem.

Praeterea, etiam quae nobis sunt naturalia, tam spiritualia quam corporalia, non sunt corruptiva, vel nostrae naturae corruptio. Corruptio enim generationi opponitur; contraria autem non possunt simul, eodemque tempore subsistere: attamen fames, et sitis, labor, et moeror, sollicitudo, et timor, ira, et ignorantia, hisque similia, unâ simul cum generatione rei accipiuntur in homine: ergo non sunt corruptiones. Si enim corruptiones forent, non possent cum existentia consistere; verum reipsa coexistunt substantiae. Siquidem Protoparenti nostro dicebat Creator: *Ex omnibus arboribus, quae sunt in Paradiso, manducans manducabis*⁴. Nonne hoc

³ Isai. 28. 15.

⁴ Gen. 2. 16.

ուոց՝ որ են ՚ի դրախտիդ, ուտելով կերիցես», 1. յս՝ ոչ ապաքէն ըստ բնութեն պատշաճեալ կերակրողականին առաջի դնէր զպէտս. զի եթէ ոչ այս այսպէս, աւելորդ վարկանիմ զամենապտուղն զայն տնկադործողին տնկեալ զդրախտն. և ՚ի նմա դնելով զմարդն՝ հրամայեալ անդուստ վայելել նմա :

Եւ դարձեալ թէ՛ « Ի պտղոյ ծառոյն՝ որ ՚ի մէջ դրախտին, մի ուտիցես, զի մի մեռանիցիս », 2. թէ ոչ երկիւղին տրամադրութի ՚ի բանականումն նորա բնաւորեալ էր յոգևջ, զիա՞րդ զգուշացուցանէր, և կամ զգուշացեալ լինէր, և կամ մեղադրիւր յետ ոչն զգուշանալոյ : Եւ յառաջ քան զայս գրեալ է, գործել զնա և պահել զփափկականն զայն դրախտ՝ զոր տնկեացն : Եւ զլինն զաշխատութիւն, և երկրորդն զհոգալն ընդ ինքեան շարամանեալ ունի : Իսկ զբընոյն ունակութի բացայայտակի ՚ի գրեցելոց անտի բանից ծանեաք. « Ի արկ, ասէ, անձ թմբուրի ՚ի վերայ Եդամայ՝ և ննջեաց », 3. Արտաքուստ ՚ի նմա բերելով զքնոյն իրակութի, այլ բնաւորականին ըստ պիտոյիցն ՚ի վերայ անկեալ կրից : Իսկ զցանկութի՝ յորոց ցանկացաւն հրաժարեցուցեալն պտղոյ՝ իմանամ : Եւ զոր ասէն, « Եդամայ ոչ գտաւ օգնական նմա », այսուիկ զտրամութի նշանակէ զնախաստեղծին, զայլս ՚ի կենդանեացն զուգակենակցաբար ըստ ազգի տեսանելով վայելացեալս, յաղազս նորին տրտմէր ընդ իւրն միայն անտուն ամայուրի և զրկանս : Եւ զյառաջգիտութենն ոչ ըստ բնութե՛ն ՚ի նմա ասեմ՝ գոլ նախատեսութի, այլ յանձային հոգւոյն ազգմանէ, որ երբեմն շարժէ, և երբեմն առ ինքն ամփոփեալ՝ թողացուցանէ զմտաւոր և զբանական հոգին. զի այսմիկ ոչ որ յարարելոց աստի արժանաբաւ հասանել գոյից. միայն արարչականին այս հետեւեսցի. որպէս և ինքն Եսայեաւ ասէ. « Չիք այլ որ բաց յինէն, որ գիտիցէ զվերջինսն՝ մինչև եղեալիցեն, և միանգամայն կատարեսցին », 4.

Եւրդ յայտ է, եթէ ըստ բնութեան և նախ քան

1 Gen. 3. 3.

2 Ibid. 2. 15.

3 Ibid. vers. 21.

4 Ibid. vers. 20.

secundum naturam coaptans proponebat usum vescendi? alioquin supervacaneum, ut reor, foret Plantatorem omnigenis fructibus Paradisum illum plantasse, ibique homine collocato, praeceptum illi imposuisse iisdem frui. Et rursus: *De fructu arboris, quae est in medio Paradisi, ne comedas, ne moriaris* ¹. Nisi timoris dispositio in rationali ejus animâ nata fuisset, quomodo cavere illi juberet? aut quomodo ipse cavere potuisset, vel culparetur, postquam cavere neglexisset? Ante id quoque scriptum est: *Ut operaretur, et custodiret deliciosum illum Paradisum* ², quem plantaverat. Quorum primum labores, secundum vero sollicitudines secum habet conjunctas. Somni porro habitudinem palam ex scriptis illis verbis novimus: *Immisit, inquit, Deus soporem in Adam, et obdormivit* ³ non extrinsecus inducens ei somni actum, sed naturali, ubi opus fuerat, superveniente passione. Desiderium vero ex optati fructûs prohibitione conjicio. Quod autem dicit: *Adae non inveniebatur adjutor ejus* ⁴, per hoc designat Protoplasti tristitiam. Caetera namque aspiciens animalia fuisse decorata, eo quod juxta genus pares cum paribus convivebant, moerore idcirco afficiebatur, quoniam ipse solus erat desolatus familiâ carens. Nec non praescientiae haud secundum naturam in eo dixerim esse praenotionem, sed ex divini Spiritûs inspiratione, qui nunc movet, nunc ad se ipsum contractus, intelligentem rationalemque animam relinquit. Nulla namque creatura digna facta est, quae hanc praescientiam consequeretur; solus enim Creator id consequitur: sicut vel ipse per Isaiam dixit: *Nemo est praeter me, qui sciat novissima, antequam fiant simulque perficiantur* ⁵.

Constat porro, secundum naturam, et ante peccatum haec fuisse, non jam postea propter peccatum intrusa in nostram naturam, ut tibi proferre visum est. Sed quoniam unum idemque animae ductor li-

5 Isai. 46. 9. sic habet Arm. lectio.

զյանցանէն այսօրիկ, և ոչ յետամտականաբար 'ի մեղացն 'ի ներքս անկեալ 'ի ընուծիս. որպէս և քեզ թուեցաւ ասել: Բայց վասն զի մի և նոյն անձնի խանուծի առաջնորդականիս՝ յերկուս կողմանս հակամիտեսցի յարձակմամբ ցանկուծէն, երկատեսակ իմն սոցայն կարծեսցի գուլ տրամադրուծի. որ մին հոգւոյն անուանի, և միւսն մեղաց: « () րէնք հոգւոյն կենաց ազատեցին զիս յօրինաց մեղացն և մահոցն » Պաւղոս ասէ. և եթէ « Տեսանեմ այլ օրէնս զինեալ հակառակ օրինաց մտացն, և գերեալ զիս օրինօք մեղացն որ են յանգամս իմ », :

Արդ ոչ եթէ ներքսաճողականք են մեղ մահոցն և ապականուծե քաղցն և տրտմուիւն և այլքն ամենեքին, և կամ ինքեանք սոքա ապականուծիք իցեն. այլ 'ի ձեռն առնլով առաջնորդականին, որպէս երկրագործն զսերմանսն, սերմանելով նոքօք առ մարմին, 'ի մարմնոյ անտի հնձեսցէ զապականուծի. և սերմանելով 'ի հոգին, 'ի հոգւոյ անտի հնձեսցէ ըզկեանսն յաւիտենից: Այլ էր ինքն տրտմուծին մահ, այլ աշխարհի տրտմուծին ներգործէ զմահն. իսկ որ ըստ նոյ տրտմուծին է՝ անզղջականին հանգիպեացի փրկուծե: Այլ ոչ այս միայն, այլ և որ փոխանորդենն զնոսա հակակայքն՝ նոյնաձեւապէս իմն երբեմն առ կեանս, և երբեմն առ մահ պարաբերելով ածանսն. քանզի ուրախուծի փոխանորդի տրտմուծին, և զուրախուծին՝ որ չարուծին է շարամանեալ առ սուգ և տրտմուի 'ի բաց հալածել սպառնայր մեծն Յակոբոս. « () աղբ ձեր, ասէ, 'ի սուգ դարձցի, և ուրախուի ձեր 'ի տրտմուի », և նովին այսուիկ ուրախուծի՝ որ առ նձ սիրովն՝ ընդարձակեալ հոգին, յիմ ժամ ուրախանալ հրամայի 'ի Պաւղոսէ: Սոյն պէս և ուտելն որ յօրկորստուծէն է՝ դսրովի. իսկ այն որ նձային փառացն է լրումն՝ սեղանն, բարեբաւնեալ լինի, ըստ նորին իսկ Առաքելոյ բանից. « Այլ է ուտիցէք, ասէ, եթէ ըմպիցէք, զիմ 'ի փառս նոյ արասցիք »:

1 Rom. 2. 2.

2 Ibid. 7. 23.

3 Gal. 6. 8.

4 II. Cor. 7. 10.

berum arbitrium per impetum desiderii ad utramque partem deflectit, duplex quaedam istorum arbitretur dispositio; quorum aliud spiritus, aliud peccati nomine notatur. *Lex enim spiritus vitae liberavit me a lege peccati et mortis* ¹, Paulus dixit. Et rursus: *Video aliam legem repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis* ².

Non ergo inducentes sunt in nos mortem et corruptionem, fames et moeror, caeteraeque omnes afflictiones; nec ipsae corruptiones sunt, sed prae manibus habens ductrix facultas, sicut semina agricola, si per ea *seminaverit in carne, de carne et metet corruptionem; sin autem seminaverit in spiritu, de spiritu metet vitam aeternam* ³. Non ipsa tristitia mors fuit, sed *saeculi tristitia mortem operatur, quae vero secundum Deum tristitia est, salutem laetificantem operatur* ⁴. Neque istud dumtaxat, verum etiam contraria, quae iis e contra succedunt, aequâ dixeris ratione nunc ad vitam, nunc ad mortem circumacta ferri; quoniam laetitiae succedit tristitia, laetitiam autem, quae per malitiam conjuncta est cum luctu et tristitiâ, expellendam esse hortabatur magnus Jacobus ⁵: *Risus vester, ait, in luctum convertetur, et gaudium vestrum in moerorem: verum hoc ipso gaudio, quod est ex amore erga Deum, dilatata animâ gaudere semper a Paulo jubemur* ⁶. Pariter et esus a gulâ proveniens condemnatur; et mensa, quae divinae gloriae est supplementum, laudatur juxta ejusdem Apostoli dicta ⁷: *Sive manducatis, sive bibitis; omnia in gloriam Dei facite*.

Patet itaque ex dictis illis, etiam de Protoplasto dicendum esse, quod dum in mandatorum observatione progrediebatur, per ista naturalia oppugnans mortem corruptionemque a se removebat, sicque permanente substantiâ, ineffabilem vitam fuisset assecutus. Verumtamen quum in mandatorum trans-

⁵ Jac. 4. 9.

⁶ Philipp. 4. 4.

⁷ I. Cor. 10. 31.

Արդ յայտ է յասացելոց անտի՝ և վասն նախաստեղծին ասել, թէ ցորքան զպատուիրանապահոջն թեևակոխէր, նորումբբ այսոքիւք բնաւորականօքս ընդդիմամարտուցեալ ՚ի բաց յինքենէ հալածէր զմահն և զապականուի . և այնպէս յարատևողագոյն դոյացու թիւն անճառելեաց երթեալ հանդիպանայր կենաց : Իսկ յորժամ առ պատուիրանազանցու թին ՚ի վայր սողոսկեալ անկաւ, յորմէ և մեղացն եղև բողբոջ, յայնժամ ընդ լծով մահու և ապականու թեան մտեալ հնազանդիւր : Եւ այսպէս ոչ ստեղծիչն, և ոչ ստեղծեալն ՚ի նմանէ, այլ ինքնակամութի ստեղծուածոյն և պատրանք բանսարկուին զմահն և զապականութիւն ՚ի մերումս յարագրեաց բնութե : Իայց սակայն դժուարաշարժ առ մեղսն յայնժամ, և դիւրաշարժագոյն առ բարին . որպէս և այժմիկ յապականացուս անկեալ կեանս՝ հակառակաւն այսոցիկ վտանգիմք, դիւրաշարժ առ մեղսն, և դժուարաշարժ առ առաքինութիւն փոփոխելով :

Եւ զայս այսպէս որպէս յրնթացման ըմբռնեալ բանիս՝ քոյինն սակս բանի . զի զնոյն ինքն բնաւորականս՝ ապականութի թարգմանեցեր . ոչ միայն որք ընդ մարմնումս են յարահիւսեալ աշխատութիւն և քաղցն և քունն, այլ և որ յոգևոյն են եռատեսակ մասունք, խոհականն և ցանկական և ցաննականն . որք են ոչ այլ ինչ, այլ բնաւորականք և բնութիւք մարդկային կազմածիս, հակառակամարտք զինեալք պատուիրանապահոջն առ մահն և ապականուի . իսկ ՚ի պատուիրանազանցութեն վահանընկէց լինելով մատն եղանին թշնամեացն :

Արդ զի երևեցոյց բանս՝ ոչ մեղք և ոչ ապականութիւք հոգեկանացն և մարմնականացն մերոց լինել կրից, այլ որակք ոմանք, և որակուիք մարդկայնոյս պատշաճեալ գոյացութե, զինչ զարմանք են, թէ և Փրկիչն սոքօք ՚ի կենցաղավարելն ընդ մարդկան վարեցաւ, ուրանօր և կամեցաւ, և յորժամ և որքան . ոչ օտար յեղանակաւ և կամ ստուերաւ իւրք, այլ ճշմարտութիւ . և զմերն իսկ առաջի արկանելով

gressionem praeceps ceciderit, unde peccati quoque pullulatio processit; tunc sub mortis corruptionisque jugum se se introducens obtemperabat. Sic neque Creator, neque ab eo creatus, sed propria creaturae voluntas, simulac diaboli seductio mortem corruptionemque nostrae inseruit naturae: quae tunc tamen haud faciliter in peccatum ferebatur, propensiorque erat ad bonum; secus autem nunc, postquam in corruptibilem cecidimus vitam, per contraria periclitamur; facillime nos ad peccatum, perquam difficile vero ad virtutem movemur.

Haec autem sic obiter dicta sunt propter verba tua; quia vel ipsa naturalia corruptionis nomine commentatus es; nec ea tantum, quae cum carne nostrâ sunt connexa, ut labor, fames, et somnus; sed etiam quae in animâ sunt triplices facultates, rationalis, concupiscibilis, et irascibilis; quae nihil aliud sunt, quam naturales, atque innatae humanae constitutionis affectiones; quae per mandatorum observationem contra mortem corruptionemque armantur; per transgressionem autem, clypeo rejecto, se se hostibus dedunt.

Quum igitur sermo noster demonstraverit passiones nostras spirituales corporalesve, neque peccatum neque corruptionem esse; sed quasdam qualitates affectionesque humanae convenientes substantiae, quid ergo mirum, si vel iisdem Salvator, quum conversaretur cum hominibus, usus fuerit, ubi, et quando, et in quantum voluerit: non alieno modo, aut specie tenus, sed veraciter; atque ita nostra quoque sibi naturalia proponens, carni permiserit suis propriis affici? Quemadmodum dixit sanctus Gregorius Nysenus: " Quoniam jejunus ¹, ait, permanserat per " quadraginta dies, postea esuriit, et permisit, quan- " do ei placuit, naturae peragere sua ".

Itaque ratione suae carnis ex nobis assumptae nostras patiebatur passiones, minime vero secundum

¹ In Serm. De Beatitudine.

ընաւորականս՝ թուղացուցեալ մարմնոյն կրել զիւրսն,
 Որպէս սքանչելի Վարդգոր ասէ՝ Վիւսացի Վրանգի անսուաղ,
 ասէ, զքառասուն օր մնացեալ՝ յետոյ քաղցեաւ . և
 ետ՝ յորժամ ախորժեաց, ընութէն զիւրն կատարել:
 Վպա ուրեմն ըստ օրինի մարմնոյն իւրոյ՝ զոր 'ի
 մէնջն ընկալաւ, զմերն կրէր կիրս . և ոչ ըստ անու-
 թէն, որպէս քեզ թուի ասել: Օ ի եթէ ըստ անու-
 թեանն հնար էր զմարդկայինսս կրել Վրսի, ապա
 թերևս ոչ մարմին էր զգեցեալ 'ի կուսէն 'ի մերմէ
 ընութէս, այլ զնոյն զնախահարցն էր պահեալ զե-
 րևութական տեսուի . որպէս առ Վքրահամանն ե-
 կեր, և ընդ Յակոբայ եղև կուուակից . ցՎգամ և
 ցՎայէն անգիտաբար հարցանէր: Իսկ եթէ այն նը-
 մանութիք և օրինակք էին ճմարտութե, իսկ այս
 նոյն ինքն ճմարտութի՛ն՝ և ոչ օրինակ, ապա յայտ է
 ուրեմն, թէ ճմարտութի էր և երևումնն, ճմար-
 տութի էր և երևեալն, ճմարտութի էր և կրելն,
 ճմարտութի էին և կիրքն: Եւ թէպէտ և անային
 զօրութիւն կարօղ է և 'ի նմանութե զճմարտութիւն
 պահել, որպէս ասաց ոմն 'ի սքանչելի մերն Վարդգորիս,
 սակայն առ վերջնովս զառաջինսն յիշեցեալ զերև-
 մանս և զկիրս՝ նմանութի և օրինակ զնոսս ասելի
 է, և ոչ ճմարտութի: Իսկ ճմարտութիւն կուսմ
 զիրն, և ոչ զանունն միայն: Վրդ որպէս իր էր ե-
 րևելն 'ի կնոջէ, իր ուրեմն էին և ներգործեալքն 'ի
 նմանէ և կրիցեալքն: Եւ որպէս զմարմին Վանին ոչ
 յայլմէ իմեքէ ծանեաք, այլ 'ի կուսէն, այսինքն 'ի
 մարդկային զանգուածոյս, նոյնպէս և զկիրսն մարդ-
 կայինս ըստ մեզ և զմերն ասեմ՝ կրեալ Վրսի, և ոչ
 ըստ անայնոյ, և կամ զայլոյ ուրուք: Որպէս և մեծն
 Վարդգոր ասէ՝ Վազիազու . Արկին էր՝ ըստ որում
 վաստակեցան, և երկեան, և արտասուեացն, և
 քաղցեաւ, և ծարաւեցաւ օրինօք մարմնոյն: Արկինն
 ասել՝ զանձ Վանն, և զնորայն յայտնեաց մարմին . և
 օրինօք մարմնոյն ասելն՝ ըստ մարդկուէս, և ոչ ըստ
 անութե նշանակէ կրել զկիրսն: Օ որ դու և ոչ զմի

1 S. Gr. Illum. apud Agath.
pag. 139.

2 Serm. de Epiph.

3 Integram hanc Severiani ho-

divinitatem, ut tibi dicere videtur. Nam si secundum divinitatem fieri posset, ut Christus humana pateretur; nec carne quidem indutus esset ex Virgine secundum nostram naturam; sed eandem, qua Patriarcharum diebus usus est, habuisset phantasticam visionem: sicut penes Abraham manducavit, et cum Jacob collocutus est, et Adamum et Cain uescientis more interrogavit. Quod si illa erant veritatis similitudines atque exempla, istud autem veritas ipsa, non exemplum; patet ergo, quod veritas erat ipse quoque aspectus; veritas erat et ipse, qui apparuit; veritas erat etiam pati, veritas passio quoque. Quamvis enim potuisset virtus divina etiam in similitudine veritatem servare, ut dixit Sanctorum quidam, Gregorius noster¹; attamen collatis cum hac postremâ priscis illis visionibus affectionibusque, illae similitudines et figurae dicendae sunt, haud saepe veritas. Veritatem autem voco rem ipsam, non autem nomen dumtaxat. Sicut ergo res erat apparitio ex muliere, res profecto erant etiam ea, quae ipse egit et passus est. Et sicut carnem Verbi non aliunde novimus, nisi ex Virgine; ex humanâ nempe massâ; sic etiam humanas passiones secundum nos, atque nostras Christum subiisse dico; minime vero secundum divinam, vel aliam quamlibet naturam. Quemadmodum etiam dixit magnus Gregorius Nazianzenus²: « Duplex erat, quatenus fessus est, timuit, » lacrimatus est, esurivit, et sitiivit carnis lege »: *duplex* dicendo, Verbum divinum, ejus quoque Carnem exposuit; dicendo autem, *Carnis lege*, secundum humanitatem, haud vero secundum divinitatem designat subiisse passiones. Quorum tu neutrum concedere potes, quippe qui vel ipsas humanitatis affectiones asseruisti esse peccata.

De quibus sic disserebat graciosus Severianus Gabalensis Episcopus³ in sermone de Salvatoris dispensa-

miliam, cum integro suo libro a ris fecimus ann. 1827.
nobis latine reddito, publici ju-

զօք յայդցանէ կարես առնուլ յանձն. յաղագս որոյ զնոյն ինքն ընքեան զմարդկային կազմածս մեղս ասացեր գու :

Օ որմէ առաւելաչնորհն Սեւեռիանոս ասէր զաբաղացոց եպիսկոպոսն 'ի տնօրէնուէ Փրկչին բանի . Մնչարչարելին, ասէ, չարչարի չարչարելեան. ոչ ընդ այնու կարեօք եմուտ՝ որ 'ի մեղսն տանիցին, այլ որ զհասարակաց բնութիւնս պատեալ է : Վանզի ոգի և մարմին ծառայէն կարեաց՝ որ 'ի մեղսն տանին, և այնց կարեաց՝ որ արտաքոյ քան զմեղսն իցեն . այսինքն քաղցնուլն և ծարաւելն, և վաստակելն և ննջելն՝ մարմնոյն կարիք են, այլ ոչ եթէ 'ի մեղս համարեալ իցեն . իսկ պոռնկութի և պղծութի և հակառակութի՝ այն կարիք մեղաց են : Աոյնպէս և ոգին ունի պատեալ զիւրև կարիս յարարէ բնութիւնն ընկալեալ զօգտակարսն և զկարևորսն, զերկիւղն և զտրտմութիւնն և զցասումն : Աւ եթէ լոկ առանձինն քննիցին, կարիք կոչին . իսկ չափով և ըստ ժամանակի՝ օգնականութի են բնութես : Օ այս ասաց, և 'ի վերայ եբեր՝ ասելով . Օ կարիս մարմնոյ և ոգւոյ՝ որ արտաքոյ քան զմեղսն իցեն, կալաւ յանձին կենարարն . քաղցեալ ըստ մարմնոյ, ծարաւեցաւ, վաստակեցաւ, ննջեաց . և այնու ոչ եթէ զատուածութիւնն ինչ թնամանեաց, այլ վասն զմարմնոյն բնութիւն ճշմարտութիւն յայտնելոյ : Աոյնպէս և ըստ շնչոյն երկեալ, տատամեցաւ, տրտմեցաւ . «Տրտում է ասէ շունչ իմ մինչև 'ի մահ» . և դարձեալ, թէ « Սկսաւ տրտմել և հոգալ » . և այն չէին կարիք մեղաց, այլ բնութեան մարմնոյն ծանուցիւք : Աւ դարձեալ ասէ . Օ 'ի յառաջագոյն կարկեսցէ զբերանս հերձուածողացն, և յայտ արասցէ, թէ զայս մարմինս զգեցաւ, որ ընդ բազում կարեօքս մտանէ, որ զանգիտէս 'ի չարչարանաց, որ դողայս 'ի բռնութի մահու, որ խռովի և տրտմի ընդ վախճան կենաց :

Մհաւասիկ յայտնի բանիւ երևեցոյց սուրբ հայրս՝

1 In oper. Sever. habetur luxuria.

2 Matth. 26. 38.

3 Marc. 14. 33.

4 Serm. IX, qui locus nomine ejusdem Severiani Gabalensis E-

tione : « Cruciatum, inquit, subiit qui pati non po-
 » terat, per passibile corpus; haud illas affectiones
 » subiit, quae in peccatum perducant, sed quae affi-
 » ciunt communem naturam. Anima enim et corpus
 » serviunt affectionibus tam in peccatum ducentibus,
 » quam iis, quae extra peccatum sunt: Ut esurire, si-
 » tire, fatigari, et dormire affectiones sunt corporis,
 » nec tamen in peccatum habentur; at fornicatio,
 » pollutio, et contentio ¹ affectiones peccati sunt.
 » Pariter anima quoque habet circumpositas sibi af-
 » fectiones a Creatore ex ipsâ naturâ susceptas, eas-
 » que utiles et necessarias, ut timorem, moerorem,
 » et iram. Quae si se junctim examinentur, passiones
 » vocitantur; moderate tamen, et ad tempus, adjutri-
 » ces sunt naturae nostrae ». Quibus dictis addit :
 » Eas passiones corporis et animae, quae sunt extra
 » peccatum, suscepit Salvator: esuriit secundum car-
 » nem, sitiivit, defatigatus est, et dormiuit: hisce ta-
 » men nullatenus divinitatem suam inhonoravit, sed
 » ut carnis naturam veraciter manifestaret. Similiter
 » secundum animam timuit, sollicitus fuit, tristatus
 » est. *Tristis est, inquit, anima mea usque ad mor-*
 » *tem* ². Et rursus : *Coepit pavere et taedere* ³ : quae
 » sane non erant affectiones peccati, sed naturae car-
 » nis indicia ». Praeterea dicit: « Ut praeveniens ob-
 » strueret Haereticorum ora, atque manifestaret hanc
 » nostram induisse carnem, quae varias subiit affe-
 » ctiones, quae pavet dolores, quae timet vim mor-
 » tis, quae turbatur ac terretur de fine vitae ⁴ ».

Ecce claris verbis ostendit sanctus Pater passiones,

piscopi citatus legitur in Concil. liorum Florentiae edit. Tom. x.
 Rom. sub Martino I. habito an. fol. 1091.
 949. Vid. Mansi Collect. Conci-

ոչ մաստունս գոլ մեղաց և ապականութե՛ն, որ 'ի մեզ
 գտանին կիրքս, այլ ընական մարմնոյ և ոգւոյ կարիք.
 առ որս կամաւ և ըստ կանխատեսութե՛ն խորհրդոյ
 յայնոսիկ խոնարհէր Խորն, և ոչ եթէ բռնազբօսու-
 թեամբ զփրկականն զիւրեամբք ածել կարելն զմար-
 մինն. զի այս սոսկ մարդոյ է՝ բնականացն 'ի հարկի
 կալ ծառայութե՛ն կարեաց : Իսկ Ռանն Կճ ընդ ին-
 քեան անքակաբար զմերն միաւորեաց . յորժամ կա-
 մէր ինքն, յայնժամ ակնարկէր մարմնոյն իւրոյ յա-
 ռաջ ունել զընականն, առ 'ի ճշմարտելոյ զբովան-
 դակն ընդ ինքեան միաւորել զմարդկայինն զուի և
 զմարմին : Արպէս հրաշալին ասէ : } Յոստան-
 դինուպօլսի . Եւ զիարդ այդուցն քաղցնոյր . յոր-
 ժամ կամէր և թոյլ տայր, ասէ, մարմնոյն, յայնժամ
 զգայր իւրոց կարեացն :

Եթէ այդպէս է՝ ասեն, ապա փոփոխելի էր Ռճ.
 երբեմն տկարանայր մարմինն՝ թոյլ տալով նմա բա-
 նին, և երբեմն զօրանայր՝ ընկալեալ 'ի բանէն : Կար-
 ձեալ թիւրահաւատք առ 'ի թիւրել յանդգնեալք
 զհաւատս ուղիղս : Օ ինչ ասես և զմեռանելն վասն
 մեր զՌճ. եթէ ըստքեզ է, կամ մեռաւ և փոփո-
 խեցաւ . և կամ թէ ոչ փոփոխեցաւ, և մեռաւ ոչ :
 Եթէ և մեռաւ, և ոչ փոփոխեցաւ, ըստ նմին
 և ընկալաւ զկիրսն, և ոչ այլայլեցաւ 'ի կրիցն . և
 որպէս 'ի մահուն զմերն ընկալաւ զմահ, այս է՝ որո-
 շեալ զչունչն 'ի յիւրմէ մարմնոյն, սապէս և 'ի
 կրելն՝ մերումն նոյնաձևապէս հաւասարեաց կրից :
 Արպէս սուրբն Ռասիլիոս ասէ յառ դոհութեանն
 ճառի՝ ասելով . Երդ որպէս ընկալաւ զքաղցնունն
 Խոր՝ հաստատուն կերակուրն շնչեցեալ 'ի նմանէ, և
 զծարակելն իրաւացոյց խոնաւութե՛ն ծախեցելոյ որ
 'ի մարմին . և վաստակեաց՝ մարմնոյն և ջղացն յու-
 ղեզնացութե՛ն ձգեցելոյ . ոչ Կճութե՛ն աշխատուի
 տաժանեցելոյ, այլ մարմնոյն՝ որ 'ի բնութե՛ն յար-
 մարագոյն է՝ զպատահումն ընկալաւ . նոյնպէս և
 զարտօսրն իրաւացոյց, զբնական լինել 'ի մարմնի ըզ-
 պատահումն թուղացոյց : Եթէս 'ի սքս հայրն :

quae in nobis inveniuntur, non esse peccati corruptionisque partes; sed naturales corporis animaeque affectiones, ad quas ultro et secundum providentiae consilium se se humiliabat Dominus; neque per violentiam poterant (*affectiones illae*) sibi subjicere Salvatoris carnem. Id namque meri hominis est, ut necessario naturalibus deserviat affectionibus. At Verbum divinum, quod indissolubiler secum nostram univit naturam, quando ipse volebat, tunc annuebat carni suae naturalia prosequi, ut revera ostenderet, integram sibi humanam conjunxisse animam et carnem. Quemadmodum dicit admirabilis Johannes Constantinopolitanus¹: « Et quomodo *mane esurii*? Quando id voluit, inquit, et carni concessit, tunc illius » sensus ostendit ».

Si ita est, aiunt, mutabilis ergo erat Christus: nunc debilis erat caro, permittente ei Verbo; nunc fortis, Verbo eam roborante. Iterum protervae fidei viri rectam detorquere fidem praesumunt! Quid ergo dixeris de illius quoque morte propter nos? Si secundum te accipiatur, aut mortuus est et mutatus; aut nisi fuerit mutatus, neque mortuus. Sin vero et mortuus est, et non mutatus, eodem pacto suscepit quoque passiones, nec tamen per passiones fuit immutatus. Et sicut in morte nostram sustinuit mortem, hoc est sejunxit animam a suo corpore; similiter patiendo nostris aequae particeps fuit passionibus. Sicut sanctus Basilius loquitur in homilia de Gratiarum actione, dicens²: « Quemadmodum igitur Dominus, solidis cibis digestis famem sustinuit, sitimque admisit³ humore corporis consumpto, et defatigatus est ex itinere musculis ac nervis plus aequo distentis, non succumbente labori divinitate, sed corpore, quae ipsius naturam comitari solent, accidentia suscipiente; admisit quoque lacrymas, carni sinens accidere, quod erat ei naturale ». Ita sanctus Pater.

³ Arm. certam reddidit.

Ուստի յայտ է՝ թէ հաւաստապէս բնականացն թոյլ տուեալ՝ զանցնիւրցն իրողուին առ իւրն անապականապէս ազգել մարմին և հոգի՝ ինքնիշխանական կամօք՝ յորժամ և կամեցան . ոչ անուանն և ձևոյն և եթ, այլ առաւել իրացն՝ որոց և անուանն՝ յիւրաքանչիւրսն համբերեալ . և այսր աղագաւ ըզմերն ասի ընդունել կիրս : Այլ և ըստ մեզ, եթ ոչ յոյժ գայթաղեսցիս բանիւս, զապականութեն ընդ միտ ածելով տեսակս . քանզի ես զբնականացն ասեմ բուռն հարկանել զՔս . դու զանբնականսն ՚ի ներքս մղես, այս է զապականութի և զյալյալութի : Այլ սոսկ մարդ, բայց և ոչ անմեղ . այլ մանաւանդ անմեղ և մարդ միանգամայն . էր ինչ՝ որ ըստ մեզ, և էր ինչ՝ որ ոչ ըստ մեզ՝ յինքեան ցուցանելով անքն . քաղցեալ ըստ մեզ, և քաղցնլովն ոչ ըստ մեզ՝ առ յազգեցուի երկնային բարութեն զմեզ փոխաբերեաց : Այլ թէ յատուկ մարդ, ոչ ևս ընդ կրեին ներգործեալ կարող . և եթ միայն անմեղ, ոչ ևս ներգործելովն կրել գիտակ : Բայց այժմ առ երկոսին միանգամայն բաւական լիեալ . առնլով յինքն զտկարութեն մեր՝ և ըստ մեզ, եղեաք և մեք զօրութեն նորա հաղորդք՝ և ըստ նմա : Այլ գիտացաւ, և նովին մարդարեանորհս զմեզ յարդարեաց : Այլ եռաւ ըստ մեզ՝ թաղման տալով զիւրն մարմին, և ստուգապէս մարդկային շնչովն առ դժոխականսն ժամանեալ . յորոց միովն՝ զմահուն ընկալաք լուծումն, և միւսովն՝ զապականութեն զքակտումն : Այլ միանգամայն ասել, թէ զամենայնսն իւր ընտանեցոյց զմերսն բնականս, որովք իւրումն զմեզ ընտանեցուցանէր բնականաց : Այլ զայս լուսաւորագոյնս մեծն Աթանաս ասէ Մեթոքսանդրի . « Համբերեալ Ռանին ծննդեան մարմնապէս . և զնորին աւրարածն ՚ի մեղս և յապականութե և ՚ի մահու ցընդեալն՝ ինքեամք ժողովեալ նոր պատկերաւ . վասն որոյ զմեղացն դատապարտութիւն յերկրի արար, և զանիծիցն բարձումն ՚ի վերայ փայտին, և զապականութեն քակտումն ՚ի դերեզմանին, և զմահուն լուծումն ՚ի դժոխս : Այլ վերայ ամենայն տեղոյ ել, զի

Unde constat, quod revera naturalibus permittebat, singula agere in corpus suum atque in animam incorruptibiliter per liberam voluntatem, quando-cumque volebat; haud nomen dumtaxat, et figuram, sed res ipsas, quarum est nomen, singillatim sustinens. Propterea nostras dicitur suscepisse passiones, necnon secundum nos; nisi nimis scandalizeris in hoc dicto, examinatis corruptionis generibus. Ego siquidem naturalia Christum suscepisse assero; tu autem innaturalia intrudis, corruptionem videlicet et mutationem. Non erat merus homo, sed nec merus Deus; potius Deus simul et homo. Ideo quaedam sicut nos, quaedam vero non omnino sicut nos praeseferebat Dominus: esurivit sicut nos, et esuriendo non sicut nos ad caelestium bonorum saturitatem nos transtulit. Si purus homo erat, non poterat in passione agere; si vero solus Deus, non amplius agendo passionis conscius. Nunc porro in utroque pariter sufficiens compertus est, sibi concilians infirmitatem nostram, et sicut nos; ita nos quoque virtutis ejus participes facti sumus, et sicut ille. Ignoravit, sicque prophetiae gratiis idoneos nos effecit. Mortuus est sicut nos, corpore suo sepulturae tradito, et revera per humanam animam ad inferos pervenit; quorum per unam mortis recipimus dissolutionem, per aliud autem corruptionis destructionem. Summatim dicam, omnia nobis naturalia sibi familiaria fecit, ut per eadem nos familiares redderet naturalibus sibi. Haec porro aperte dicit magnus Athanasius Alexandrinus¹: “Subiens Verbum nativitatem corporaliter, suam ipsius creaturam in peccato, corruptione, et morte dissolutam in se ipso per novam imaginem congregavit. Quapropter peccati condemnationem in terrâ, maledictionis abolitionem in ligno, a corruptione immunitatem in sepulcro, et mortis dissolutionem in inferno peregit: omnemque locum permeavit, ut totius hominis salutem perficeret, formâ imaginis nostrae in se ipso

¹ Contra Apollin. lib. 1. num. 5.

ամենայն մարդոյ փրկուածիւն գործեսցէ, զպատկեր մերոյ կերպարանիս յինքեան ցուցանելով: Վանզի զինչ պէտք էին այ ծնանել ՚ի կնոջէ, աճել հասակաւ և ամաց թուով, որ և զյաւիտեանսն արար. և կամ դարձեալ խաչին և գերեզմանին և դժոխոցն, յորս մեք անկաք. եթէ ոչ զմեզ խնդրէր՝ ՚ի ձեռն մերոյ պատկերիս կենագործելով զմեզ, և յիւր միաբանու թին և նմանուածիւն կատարեալ պատկերին կոչիցէ զմեզ:

Օ այս այսպէս ասելով անձազանն հօր՝ յայտ արար, թէ ոչ մեծազօրն և եթ իւրով զօրութիւն և կամ իշխանասաստ հրամանաւն զմերն տանջեաց տանջիչս Վանն անձ, այս է զմեզն և զպակհանուածիւն և զմահ. այլ մարմնով իւրով որ ՚ի մէնջ, և բանական հոգւովն ՚ի նոսա հպեալ զյաղթուածիւն ցուցանէր: Աւ այսպէս երկրորդս Վաճառաւջնոյն գտաւ նորոգող. զի զոր օրինակ նա վիրաւորեալ ՚ի մեղացն՝ հաւառակորդին ետ զինքն ՚ի ծառայութի, սա անմեղութ մերձեցեալ զմեզն դատապարտեաց. և վիրաւորեցելումն ՚ի վերայ բերելով զողջութի՝ ծառայեցուցանել զծառայեցուցին հրամայեաց ծառայեցելոյն: Աւ զայս գտեալ մեր զազատութի ՚ի տնէն՝ ոչ այլով իւրք օրինակաւ, այլ ՚ի ծառայական կրիցն անտի, զոր կատարեաց իւրով մարմնովն հնազանդ լիեալ հօր մահու չափ. որպէս թէ ՚ի տկարութե զօրութի ցուցանել, և ՚ի խոնարհուէն գործել ճանապարհ առ բարձրութիւն: Օ այս և մեծն Վրիգոր Վազիազու ընդարձակագոյն բանիւ բարբառեալ ասէ. «Վերպարանէ զօտարին բովանդակ յինքեան զիմս բերելով հանդերձ իմովքն, զինքեամք ծախեսցէ զչարութիւնն իբրև զմով հուր, և կամ իբրև զգողչի արեգակն. և ես հաղորդեցայց նորայոցն յազգս խառնմանն. վասն այնորիկ գործով պատուէ զհնազանդութիւն, և զփորձ առնուլ զնորա ՚ի չարչարելն: Ասն զի ոչ էր բաւական սէրն, որպէս և ոչ մեզ, եթէ ոչ և գործովք կատարեալ էր մեր. քանզի գործքն ցոյցք էին սիրոյն: Աչ ինչ է վատթարագոյն

ostensâ. Nam quid opus erat, Deum, qui saecula ipsa condidit, nasci ex muliere, aetate crescere annorumque dinumeratione? aut quid opus habuit cruce, sepulcro, et inferno, quibus nos obnoxii sumus, nisi nos quaereret, ut per formam nostram vivificaret nos, atque ad perfectae imaginis suae similitudinem imitationemque provocaret? "

Haec ita dicens divus Pater declaravit, quod Verbum divinum non solum per omnipotentem suam virtutem, aut praevalentem auctoritatem nostros tortosissimos; ut peccatum, corruptionem, et mortem; sed etiam per carnem suam, quae ex nobis, et animam rationalem conflictatus cum iis victoriam celebrabat. Atque ita secundus iste Adam primi illius inventus est renovator. Sicut enim ille vulneratus a peccato, adversario sese dedit in servitutem; iste per innocentiam peccatum damnavit, atque salutem reddens vulnerato, jussum dedit illi, qui servivit, ut sibi tyrannum cogeret deservire. Quam sane libertatem, nos nacti sumus a Domino non nisi per serviles passionibus, quas perfecit in carne sua, Patri *factus obediens usque ad mortem*¹; ita ut per infirmitatem demonstraverit virtutem, et ex humilitate viam paraverit ad celsitudinem. Haec magnus etiam Gregorius Nazianzenus ampliori sermone disserens, ait² " Formam sibi alienam formam, omnia mea in seipso cum meis ferens, ut per seipsum absumat malum, sicut ceram ignis, aut sicut sol vaporem, ut ego sua per mixtionem participarem: quo circa obedientiam reipsa honore afficit, eamque in passione experitur. Neque enim satis erat amor, sicut neque nobis, nisi etiam opere perficeremus; quoniam opus indicium erat amoris. Haud improbabile erit fortasse illud quoque in animum reducere, quod tentat nostram obedientiam, passionibusque suis

¹ Philipp. 11. 8.

² Tom. I. p. 581. Serm. XXXVI.

Թերևս և զայն զմտաւ ածել, զի փորձէ զմեր հնա-
զանդուծիւնն՝ և չափէ զամենայն իւրովք չարչարա-
նօքն՝ արուեստիւ մարդասիրուծեն, որպէս թէ ու-
նիցի գիտել իւրովքն զմերս » : Այլ զայս նա :

Բայց մի զամենայն զմարդկական կարիսն՝ ՚ի միում
չարի հարեալ՝ ընդ մի համարիցիս . իբրու թէ նմա-
նապէս ամենեցուն զքնաւորելն սոցա առ մեզ վար-
կանելով . որովք և ոչ ամենեքումք այսոքիւք զվերկ-
չականն պարտ և արժան է ասել զկիրընդունակու-
թիւնս : Բանզի ոմանք ՚ի նոցանէ բնականք ասին՝ ըստ
բնուծեան ՚ի մեզ տրամադրեալք . որպէս քաղցն և
ծարաւն և քունն և աշխատուծիւն , տրտմուծիւն և
երկիւղն և ցասումն և անգիտուծիւն : Իսկ ոմանք
յետամտականք ՚ի մեզ եղեն : Յորոց մին ՚ի նոցանէ՝
՚ի մէնջ ընկալաւ զսկզբնաւորուիւն , այսինքն մեղքն ,
որ զպատուիրանն ուսոյց արհամարհել . իսկ ոմն յա-
րարէէն պատուհաս ընդ յանցանայն ՚ի վերայ եղաւ
մահն : Իսկ ապականուծի հետեանք ասին մահունս .
ոչ ՚ի մէնջ և ոչ յարարէէն յարեալ եղև ՚ի բնուծիւն ,
այլ որս գտեալ և կերակուր արարեալ իւր զընդ մա-
հուամք անկեալսն . քանզի ներլինելուծեն է ներ-
հական , որպէս յառաջն ասացի . որ ապականէ զիրն ,
և գողցես թէ յանդոյուծի զգոյն խնդրէ ներածել :
Որով առաւել խնդայր , և չարաչար յուսոյն զուար-
ճանայր խաբեբայ և պատրիչն մերոյ նախահօր , որ-
պէս թէ յաղթեալ նախանձելոյն . և զանուանեալն
՚ի բոլոր գոյացելոցս պատկեր արարչին խափանել կա-
րացեալ , որում ոչ իցէ հնար լուծեցելոյն առ նիւթն՝
յորմէ գոյացաւ՝ վերստին միւսանգամ գոյանալ վըս-
տահանայր . և վասն այնորիկ անշունչ և անշարժ նիւ-
թոյն անփոյթ արարեալ՝ միայն բռնացեալ պահէր
զկենդանական շունչն : Սորին աղաքաւ ոչ տուեալ
թոյլ ապականուծեանն առ իւրն մերձենալ մարմին՝
որ կենագործելն եկն զմեզ Բանն անձ , որ հանդեր-
ձեալն էր քակել զսա՝ ՚ի մեռանելն իւրում : () ըրինակ
իմն՝ շինուածոց զհիմնն ՚ի բաց առեալ , և կամ կոր-
ծանումն քաղաքի եղեալ՝ ՚ի տապալել զպարիսպն :
Իսկ մահուամբն թէպէտ և պատժեաց զմեզ՝ որ ի-
րաւապէսն դատուր , այլ սակայն երկեակս ՚ի նմին ՚ի

» omnia metitur per benignitatis suae artem ; quasi
» per sua scire vellet et nostra ». Haec ille.

Caeterum vide ne omnes humanas affectiones in unam seriem reducens , unius instar censeas , ac si eodem modo omnium istarum sit apud nos habitus ; quibus omnibus neque Salvatoris dicendae sunt passiones. Quaedam enim istarum naturales dicuntur , naturaliter nobis insitae , ut fames , sitis , somnus , defatigatio , moeror , timor , ira , et ignorantia ; quaedam vero postmodum intrusae sunt. Quarum una e quidem a nobis ipsis principium duxit , peccatum scilicet , quod praeceptum contemnere docuit ; altera vero a Creatore ipso ob delictum ceu poena superposita fuit , mors nimirum. Corruptio autem dicitur mortis consequentia , quae nec a nobis , neque a Creatore naturae nostrae fuit insita ; sed ipsa venata est , sibi que escam paravit subjectos morti. Nam generationi est contraria , ut superius dixi , qua corrumpit rem et quasi ad nihilum reducere nititur entia. Quo valde exultabat , atque maligna spe delectabatur mendax Protoparentis nostri seductor , quasi victor extiterit contra eum , quem invidebat ; ipseque ratum habebat se potuisse impedire , quominus ille , qui inter creaturas appellabatur Creatoris imago , quum resolutus foret in materiam , unde formatus , minime posset iterum reformari : quapropter neglectâ inanimi immobilique materiâ , solam vitalem animam tyrannice insidiabatur. Ideo Verbum , quod venit propter nostram salutem , corruptioni nequaquam permisit suum attingere corpus , quum ipsam esset in morte suâ destructurus ; sicut exempli gratiâ , fundamento aedificiî sublato , aut muris eversis , corruere urbem oportet. Quamvis autem nos per mortem punierit , qui juste iudicabat ; verumtamen duplicia in ipsâ morte unum post aliud occultavit utilitatis semina , quae sunt ista : ut peccatum , per quod periclitamur , finem acciperet ; utque indissolubilis vitae prin-

մահուն մի ըստ միոջէ զօգտուածէն ծածկեաց զսերմանս . որք են այսոքիկ . յորմէ վտանգեալ լինիմք՝ ՚ի վախճան հասանել մեղացն , և անլուծականի կենդանութեան լինել սկիզբն : Այլ յաղագս այսորիկ ամփուլ թուլ եկեալ յանձն առնոյր զսա յորն . զի մեղացն արասցէ լուծումն , և զապականութեն խափանեսցէ զյափշտակուածի . զի և յարուածքն կոչեսցէ զմեղաւկեանսն :

Այց կամիմ օակաւուք ևս ձգտել՝ որ յաղագս ապականութի իցէ բանս . զի և արժան իսկ է զառաւելազանցս զայս չար մարդկայինս ազին՝ յուրվագունիւք հրապարակել բանիւք . զի գիտասցէ խոհեմագոյնն , թէ որպիսի պատուով յիսկզբանն յայ ստեղծաւ ընուածիս . և յորպիսի և յորքանս յինքնակամութեն սայթաքեալ եկն յանարգութիւն . և կամ զիարդ եղև փոյթ արարչին մերոյ սակս մերոյն փրկուած մարդ լինել , և արեամբ խաչին իւրոյ ազատել զմեզ միանգամայն ՚ի մեղաց և յապականութի , և ՚ի ծառայութի բանսարկուին բռնութի : Արդ է ապականութիւն բոլոր իրի քակտութեան պատճառ՝ այլայլութի ՚ի վերայ հասեալ . քանզի բոլորն ՚ի մասանց բաղկանայ . և զբաղկացեալն ՚ի մասանց քակտէ ապականութի , զայլայլութիւն ՚ի գործ արկանելով : () ըինակ իմն . որպէս թէ առաջի կայցէ բանիս՝ տունկ ինչ ՚ի տնկագործողէն իւրմէ խլեալ . առ որ մերձեցեալ ապականութե՝ փախուցանէ ՚ի նմանէ՝ նախկին հրաման տուեալ այլայլութե , զենականն որ ՚ի նմա որակութիս . և փոխանակ այնոցիկ զանվայել չագոյնսն ՚ի ներքս ածէ զորպիսութիւնս . և ոչ տայ թոյլ մնալ նմա յայլայլութեն յայնմիկ , այլ ՚ի վայր քարշեալ՝ անցնիւրցն մատուցանէ զնա յորոց բաղկացաւն տարերց . զոր ապա կարողութի է միայն ամենազօր ձեռինն՝ միւսանգամ զքայքայեալն նիւթ առնոյն հաւաքելով հաստատել տեսակ :

Արդ երիս եցոյց մեզ բանս զկործանմանն մերոյ տեղիս . զառաջինն մեր իսկ գտեալ և անձին մատուցեալ , զմեզսն . և զերկրորդն որ դատէրն զմեզ՝ զպատուհասն ՚ի վերայ ընկէց անձ , զմահն : Ասկ զվերջինս՝ հետեւանս ասացաք լինել մահուն , զապականութի .

cipium oriretur. Quamobrem omni sollicitudine veniens hanc sibi conciliabat Dominus, ut peccato dissolutionem inferret, corruptionisque rapinas impediret; ut hoc pacto per resurrectionem suam quoque ad supernam vitam nos revocaret.

At aliquantulum adhuc extendere volo, quod de corruptione est, verbum; etenim justum est excessivum hoc humani generis malum copiosissimis verbis vulgare, ut sciat sapientior, quali honore in principio fuerit a Deo creata natura nostra, et in qualem quantumque voluntario lapsu ignobilitatem ceciderit: vel quae fuerit Creatori nostro diligentia, ut propter nostram salutem homo fieret: et *per sanguinem Crucis suae* liberaret nos simul a peccato, a corruptione, et a diabolicae tyrannidis servitute. Corruptio itaque est integrae rei per supervenientem immutationem; causa dissolutionis totum enim partibus constat, atque constitutum ex partibus per immutationem solvit corruptio. Exempli gratiâ; supponamus aliquam plantam fuisse per plantatorem suum eradicatam; quam adiens corruptio, fugat ab ipsâ, eam primum immutans, naturales illi insitas qualitates, posteaque pro iis indecoras inducit qualitates: neque sinit illam in eâdem manere variatione, sed deorsum pertrahens eam ad singula quibus coaluerat, elementa reducit. Quam dissolutam materiam deinceps in propriam restituere formam iterum recolligendo unius Omnipotentis manibus erit potestas.

Tria porro loca nobis ostendit ruinae nostrae sermo: primum peccatum a nobis ipsis excogitatum nobisque appropinquatum; secundo mortem, quam Judex noster Deus superinduxit ut poenam; corruptionem demum, quam mortis consequentiam esse

մանաւանդ թէ յաղթանակ հակառակորդին գտեալ զսա խաբէութեն իւրոյ հանդիսի : Օ ի թէպէտ և ասաց ստեղծին հողածնիցելոյն , “ հող էիր և ’ի հող դանձցիս ” , ոչ հրաման տալով , այլ առ որ ինչ երթալ լոցն էր զինի մահուն , մակձայնելով զայն ասէր : Օ որ օրինակ՝ քար ինչ ’ի բարձուստ ուստեք հօլովեալ , որ մօտն կայցէ՝ ասասցէ , երթալ ունիս՝ մինչև ուրանօր արժանն իցէ երթալ :

Արդ են ծայրքն պարզաբար ասացեալ չար՝ և անուամբ և իրօք . իսկ մէջն ոչ պարզաբար և ոչ նոյնպէս , այլ ’ի միմեանց ընկալեալ , և շարամանեալ ընդ միմեանս : Քանզի որ ասի մահն , նոյն և քուն ասի . և որ կենացն է վախճան , սկիզբն է կենաց : Այլ ծայրիցն՝ մարդն եղև գտօղ , և բանսարկուն . ոմն զմեղնն , և ոմն զապականութիւն բնութեանս առթելով : Այլ յաղագս այսորիկ եղեալն վասն մեր մարդ՝ և անուանեալն երկրորդ Ադամ մեղս ոչ արար . վասն զի ոչ գտաւ նենգութի՛ն ի բերան նորա . և ոչ մարմին նորա ետես զապականուի . զի զոր ոչ իւր ինքեան եղեալ ’ի բնութես , և ոչ հպեալ ’ի նոսա : Քանզի աւելորդ և վայրապար վարկանէր՝ յորոց ազատեն զմեզ խորհեցեալ՝ զնոյնս ինքեան մատուցանել . իսկ ’ի պատուհասէ անտի ոչ հրաժարէր . զոր օրինակ բժիշկն արբուցանել զգեղն հիւանդին հանդերձեալ՝ արասցէ իւրով ճաշակմամբն հաւատալի . զի ոչ էր մեղք և ոչ ապականութի պատուհասն , այլ որ զնոսա ’ի բնութես հալէր և ’ի բաց ջնջէր՝ որպէս յոսկոյ անտի հուր զժանգն : Այլ զայս կամաւորապէս կրել կարողութիւն էր միայն Քրիստի , և որք ’ի նմանէ զօրացեալք՝ զորդեգրութեն արժանաւորեցան ընդունել փառս . “ Ացորդ լինելով չարչարանացն՝ եղէն և փառացն նորա հաղորդք ” . ոմպ ասէ Առաքեալ : “ Քանզի զոր սիրէ Կրիստի , տանջէ զամենայն որդի՛ն զոր ընդունի ” : Այլ սոյն սա՝ թէպէտ “ Այլ ժամանակն ոչ ուրախութե թուի , այլ յետոյ պտուղ խաղաղութն ուլաւ կրթելոցն հատուցանէ յարդարութի ” :

1 Genes. 3. 19.

2 II. Cor. 5. 21.

3 Isai. 53. 9.

4 I. Petr. 2. 22. atque Act. 2. 31.

diximus; immo triumphum, quem in seductionis suae palaestrâ nactus est adversarius. Quamvis enim terri-
genae dixerit Creator: *Pulvis es, et in pulverem rever-*
*teris*¹; non praecipiendo, sed praedicendo statum,
quo abiturus erat post mortem, id proferebat: ut si
quis, exempli gratiâ, saxo cuivis ex alto loco deciden-
ti, proxime adstans dixerit: Restat tibi, ut, quocum-
que ire liceat, vadas.

Extrema igitur sunt mala simpliciter dicta tam
nomine, quam re ipsa: media vero non simpliciter,
nec eodem modo; sed se invicem comprehendentia
sibi que connexa. Quae enim dicitur mors, somnus
quoque nuncupatur; quodque finis est vitae, est vitae
initium. Extrema vero invenere homo, et diabolus:
uno peccatum, altero corruptionem naturae indu-
cente. Quamobrem ille, qui propter nos homo
factus est, atque *Secundus Adam* nominatus, *pec-*
*catum non fecit*², quoniam *non est inventus dolus in*
*ore ejus*³; neque *ejus caro vidit corruptionem*⁴: quod
enim ipse non introduxerat in naturam, id ei neque
attigit. Superfluum siquidem et inane censebat, ea-
dem, a quibus nos liberare statuerat, sibi aptare.
Poenam vero non renuit; ut si medicus pharmacum
aegroto propinaturus, illud ipsemet degustans aegro-
tum redderet securum; quia poena neque pecca-
tum, neque corruptio erat, sed potius illa liquefa-
ciendo abstergebat a naturâ, sicut ignis⁵ rubiginem
ab auro. Id autem ultro pati potest solus Christus,
nec non illi, qui ab eo corroborati gloriam adoptio-
nis accipere meruerunt; nam *compatientes conglorifi-*
cantur, ut dicit Apostolus⁶. *Quem enim diligit Domi-*
nus, castigat, flagellat autem omnem filium, quem re-
cipit: quod ad tempus quidem videtur non esse gaudii,
postea autem fructum pacis exercitatis per eam reddet
*justitiae*⁷.

5 Subintelligitur, *abstergit*.

6 Rom. 8. 17.

7 Hebr. 12. 6. et 11.

Իսկ խաղաղութեւ պտուղ զնոյն ինքն ասեմ, « Որ արարն գերկոսին մի, և զմիջնորմն ցանկոյն քակեաց զթշնամուծիսն 'ի մարմնի իւրում », Եւ զի՞նչ քան զայս վեհագոյն և գերաշխարհիկ խաղաղութի, ընդ անձայնոյն միանալ մարդկային բնութես, և լինել մի գերագունին յաղթելով: Եւ այս է՝ որպէս ինձ թուի՝ ասելն Որդւոյ առ Հայր: « Փառաւորեա՛ զՈրդի քո առ 'ի քէն փառօքն, զոր ունէի յառաջ քան զլի նել աշխարհի առ 'ի քէն »: Եւ զայսց բանից զարմատս ինքն իսկ եկեալ ուսուսցէ մեզ տօր, հարցեալ 'ի նմանէ: Առջէս, ո՛վ տօր, Հայր քեզ զանձ. ապա ուրեմն էութեան նորա ես Որդի. յայտ է՝ թէ և փառակից նորուն. իսկ զի՞նչ այդ՝ զոր ասեսդ, « Փառաւորեա՛ զՈրդի քո առ 'ի քէն փառօքդ », և զայդ ճշմարտես՝ թէ ունէի զփառսն, և առ 'ի քէն ունէի, և յառաջ քան զլինելն աշխարհի ունէի: Իսկ մինչ զառ 'ի նմանէ փառսն ունէիր 'ի սկզբանէ աշխարհի, այժմ ո՞ր է՝ զոր ինդրեսդ. ունէիր յայնժամ, և այժմ ո՞չ ունիս: Եւ անհնար է մշտնջենաւորի էութեդ գոլ առանց փառաց. զի թէ փառքն ոչ են առ քեզ, ոչ է ապա և էութիսն. և եթէ առ քեզ ոչ են, ապա և յորմէ ունէիրն 'ի Հօրէ բարձեալ եղեն: Օրինչ ևս ինդրես 'ի նմանէ, յայտնեա՛ մեզ աղաչեմք զքեզ, տէր. զի 'ի քեզ են ծածկեալ անձք իմաստութեւ և գիտութեւ:

Ընարգանս ինձ կրել առաջի կայր, զթուք և զապտակ ընդունել. քացախ և ղեղի ճաշակել. զմահ խաչի յանձն առնուլ: Աղաչէի զՀայր՝ որպէս անարգեալ զոր, զի վերստին առ իս դարձուսցէ զփառսն:

Եւ զի՛արդ. մերկացա՞ր արդեւք յանարգանացն զփառսն. եթէ այդ է, ապա և 'ի մահուանէ անտի զանմահութիսն կորուսեր, և միանգամայն ասել՝ թէ և անձութիսն մարմնոյդ աղազաւ հեռացաւ 'ի քէն:

Ո՛չ այդպէս. ոչ եթէ ես յիմոց անտի փոփոխեցայ, այլ կարծիք մարդկան՝ զոր ունէին վասն իմ, փոփոխեցան: Յորժամ 'ի բժշկութեցն սքանչելիս վայելէին՝ զարմանային, հաւատային, բարեբանէին ըստ

Pacis autem fructum dico eum ipsum, qui fecit utraque unum, et medium parietem destruxit inimicitiam in carne suâ ¹. Quænam vero excelsior ac superior pax, quam cum divinâ uniri humanam naturam, unumque fieri, Superiore superante ²? Et hoc est, ut mihi videtur, dictum Filii ad Patrem: *Clarifica tu Filium tuum claritate, quam habui, priusquam mundus esset, apud te* ³. Horum autem verborum radices ipse Dominus adveniens docebit nos, interrogatus a nobis: Vocas, Domine, Patrem tibi Deum: ergo essentia ejus es Filius; unde liquet, quod etiam æqualis sis illi in gloriâ. Quid autem est, quod dicis: *Clarifica tu Filium tuum claritate*? istud quoque confirmas, *habui claritatem, et apud te habui, et antequam mundus esset habui*. Atqui quum ipsam apud eum claritatem habuisses a principio mundi, nunc quænam illa erit, quam quæris? tunc habuisti, modo non habes? sed fieri nequit, ut sempiterna tua essentia sit absque claritate: si enim claritas tibi non esset, ergo ne essentia quidem esset; et si hæc tibi deest, ergo a Patre quoque, unde habebas, ablata fuit. Quid ergo amplius poscis ab eo? declara nobis, quæsumus te, Domine, quoniam *in te sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi* ⁴.

Mihi instabat impropèriari, sputum colaphumque suscipere, acetum et fel degustare, crucisque mortem amplecti; rogabam Patrem, tamquam injurias patiens, ut gloriam mihi redderet.

Quid ergo? exspoliatusne tuâ gloriâ fuisti per opprobria? Si ita erit, ergo etiam per mortem immortalitatem amisisti; uno verbo dicam, ergo propter corpus ipsa quoque Divinitas longe fuit a te?

Minime: non ego a meis propriis immutatus sum, sed hominum opinio, quam de me habebant, est immutata. Quum curationum miraculis fruerentur, admirabantur, credebant, mibique secundum gloriæ

³ Johan. 17. 5.

⁴ Colos. 2. 3.

արժանի իմոց փառացն . իսկ յորժամ անարգեալ զիս տեսին, գայթապդեցան վասն իմ . Թողով զպատ շաճն ըստ իս՝ յանպատշաճագոյնն իմ ընկղմեցան խորհուրդս . որպէս և Ասայիսս զսոյն յառաջաձայնեալ վասն իմ ասէր զսոցանէ : Արդ խնդրեմ՝ ի Հօրէ, զի մերկացուցէ ՚ի կարծեաց մարդկան զանհաւատութեանն անարգանս, և զհաւատոցն զգեցուցէ խորհրդոց նոցա զփառս : Ա՛ի հայեսցին առայս՝ զոր տեսանենս այժմ, այլ զոր ինչ ընդ ձեռն այսորիկ լինելոց է մշտնջենականի փառացն իմոց մեծութի : Վիտասցեն այսոքիկ՝ որոց իմաստութիւնն իւրեանց առաջնորդեաց նոցա առ մոլորութիւն, թէ պարտ է « Յիմարութք քարոզութեն ասրիլ հաւատացելոց » . յանարգանաց անտի իմոց՝ վերստին զըտանել զոր կորուսին մարդիկ զփառս . ՚ի մահուանէս զոր ճաշակեմ, ստանալ զանմահութի . և միանգամայն ասել, թէ լինելովս իմ որդի մարդոյ՝ արժանաւորեսցին լինել որդիք մարդկան որդիք այ : Օսոյն և Հայր ինձ պատասխանեաց յերկնից . « Վառաւորեցի, և դարձեալ փառաւորեցից » :

Արպէս նախքան զմեռանելդ քո՝ զօրութք սքանչելեաց քոց ոմանք ասրեցան մարդիկ, առաւել ևս զինի կամաւոր մահուն քո բազմացին հաւատացեալք ՚ի քեզ, այլ և հանդերձ գերազանցութք . զի սակաւք են յսճահրաշիցդ քոց նշանաց ընտրեալք, և անթիւք ՚ի մարդկանէ՝ զորս ճառ խաչին քո ժողովեսցէ՝ լինել ժառանգորդ արքայութե քում՝ :

1 Աստանօր պարտի լինել ստոցին . այլ թէ որոյի բանիւք նշանաւորութի Գրիգորի վկայասիրի մեկելիմ փորութիւն ստացողի գրոցս, անեանելի յետագայ բանս Գորգայ իմ քօրինակել սուտղի ՚ի հին օրինակէ ՚ի պէտս իւր և հայրապետանօրինակին կայր գրեալ այսպէս :

Տեառն Վրիժորիս է գիրքս հայոց չափանայապետի :

Այս է գիրք չափանէ ուղղագրութե հօր մերոյ սքին Յովաննոս հաւանողիկոսի Հայոց և իմաստասիրի օջնեցաւոյ : Աս էս Վրիժորիս նոսասարս՝ նորին հասարակոց որդի և աշակերտ՝ չայնանէց

meae dignitatem benedicebat ; quum autem opprobrio affectum me viderunt, scandalizati sunt in me; relictâ mihi condignâ, in absurdas submersi sunt cogitationes ; sicut etiam Isaias ¹ idem de me vaticinans quoad illos asserebat. Peto itaque a Patre, ut exuat ab hominum opinione infidelitatis ignominiam, eorumque animum induat fidei gloriâ. Ne respiciant id, quod nunc vident ; sed illam, quae per haec futura est sempiternae gloriae meae magnitudinem. Sciant ii, quorum sapientia eus decepit, quod per praedicationis stultitiam salvari oportet credentes ; per opprobria mea iterum illam assequi, quam homines perdiderunt, gloriam ; per mortem, quam delibo, immortalitatem acquirere ; atque uno verbo propterea quod ego filius hominis factus sum, digni efficiantur hominum filii *filios Dei fieri*. Quapropter et Pater respondit mihi de caelo: *Et clarificavi et iterum clarificabo* ².

Sicut ante mortem tuam per virtutem miraculorum tuorum nonnulli homines salutem assecuti sunt, magis ac magis post voluntariam tuam mortem multiplicentur credentes in te ; idque abundantius, quoniam pauci sunt per divina signa tua electi ; innumereque sint homines, quos sermo Crucis tuae congreget ; ut fiant Regni tui haeredes ³.

¹ Isai. 53. 2. et 3.

² Johan. 12. 28.

³ In codice Parisiensi illico sequitur subscriptio Gregorii Armeniorum Catholici, cognomen *Veghajasèr*, seu Martyrophili.

Postea vero Amanuensis quoque subscriptio legitur, quam veluti suae fidei professionem ille exaratam voluit ; nosque, prout jacet, quibusdam interjectis lacunis, ipsissimam exhibemus :

Domini Gregorii Armeniorum Pontificis est hic liber.

Hic est liber testamenti orthodoxiae Patris nostri sancti Johannis Armeniorum Catholici, ac Philosophi Ozniensis. Ego autem infimus Gregorius ejusdem fidei fi-

Է՛մ այսմ խոսարովանութիւն եւ ասանդամն . եւ որք այլապէս դա-
ւանէն քան զայսոստիկ, եւ նորաչեւս ասանէն¹

Լսա արուստս Ղարփ, որ 'ի լեիէրանս շէրիէս Լըրմէնի նստիմ
յանապարս (Յովանիսի, պարսահեցայ օրինակի գրոցս (Յովաննո-
օջնեցոյն, յարիէղս մեծ վանացն Սէհուայի, եւ խոշոր գրով գո-
լեցի զսա . եւ 'ի վերջս օրինակին նայր գրեալ լեւ արի Ղարփո-
րիսի է գիրքս՝ Տայոց քահանայապետի . եւ այլ 'ի խոնարհ՝ ի-
րով յեւոօքն գրեալ գոքր յեշարաւարանդ՝ զոր արեսանէս . եւ
արդ ու էկս քերած էր . եւ յայտ է լեւ Բ արանքն է ք
ծն², լեւ որ այլապէս դասանէ՝ նկովեալ է : Լըրդ գոլեցի
զսա 'ի յօգարութիան պիտանացոսայ իրայ պէսպէս ասանդից 'ի
պգոռաշոտի ինչ, եւ համաշունչ յարկակցի էղէօր Սայլաարոյ վար-
դապետի եւ Լըսարոսածարոյ, եւ պէնի մեր որոց ար յաջողեացէ .
գրեցաւ չիւէ³ լուսիս 'ի քսոսս ար . ամէն :

1 Յօրինակին Գորգայ գրչի 'ի
լուսանցն կայր գրեալ՝ Անն՝ քոչ
ու իէս քերած էր . : Բայց վայրա-
պար քերեալ է 'ի տխմարէ ումե-
մնէ ձև բանագրանացն . որ ինքնին
մակարերի 'ի մնացուածոյ նախըն-
թաց բառից, թէ ունի լինել այս
պէս . * Եւ որք այլապէս դաւա-
նեն քան զայսոսիկ, և նորաձևս
ասանն . . . նգովեալ լիցին . , որ-
պէս բացատրէ 'ի ներքոյ և Գորգ
գրիչն :

2 Տէս զտխմարութի և զայսր
քերողի, զի երկուցեալ է անգ՝ ուր
ոչ գոյ երկիւղ . միանգամայն և
թողեալ է զայնչափ տառս՝ որովք
գուշակի վերծանելին, այս ինքն

թէ՝ Բանադրանքն է քերածն : Եւ
թէ և զամբողջ տողն քերէր, նոյն
բան յայտնի գուշակիւր :

3 Օրինակս մեր՝ որպէս տեսու-
նես, ունի զհնուի կարևոր և հա-
ւատարիմ . գորով գաղափարեալ
յամին 1298, իբր հարիւր ամօք
յետոյ քան զաւուրս լամբրոնա-
ցոյն՝ 'ի բուն օրինակէ անտի, զոր
'ի ձեռս ունէին և վերծանէին լամ-
բրոնացին և Շնորհալին և Գրիգոր
կաթողիկոսունք : Կմին իրի ոչ ևս
գոյ տեղի կարծելոյ՝ այլ զայս ճառ
լինել, և այլ զոր առաջինքն ըն-
թեռնուին, և զոր թէորինանէ փա-
փաքելով խնդրեաց :

lius et discipulus huic confessioni traditionique assentior. Qui vero aliter quam haec profitetur, novitatemque facit¹

Ego pusillus Gorg², qui a tergo montis Armeni sedeo in eremo Johannis, attigi exemplar libri Johannis Ozniensis in Bibliothecá magni Coenobii Scheurae, meisque non adeo politis literis eum exscripsi. In fine autem exemplaris scriptum extabat: Domini Gregorii Armeniorum Pontificis est hic liber: et paulo inferius manu propriá scriptum erat breve hoc monumentum, quod aspicias: ubi lineae dimidium ac linea una erat erasa, constat tamen rasuram fuisse Anathematis (verba): quippe qui aliter profitetur, anathema praesefert. Hunc porro transcripsi ad salutarium rerum traditionumque utilitatem, ad mei eruditionem, nec non unanimis sodalis mei fratris Chaciadur Doctoris, ac Deodati, nostrorumque posterorum: quibus Dominus incolumitatem largiatur. Exaratus fuit aerá MCCXLVII³ ad Dei gloriam. Amen.

¹ Hic desunt quaedam verba, sed fuisse videntur . . . Anathema sit.

² Idest: Georgius.

³ Armeniorum sane aerá, anno scilicet Domini 1298.

ՆՈՐԻՆ ՏԵՒՈՒՆ

Յ Ո Վ Ա Ն Ն Ի Ս Ի

Ի Մ Ա Ս Տ Ա Ս Ի Ր Ի

ՅԱՂԱԳՍ ԿԱՐԳԱՅ ԵԿԵՂԵՑԻՈՅ

ՔՐԻՍՏՈՍԻ

Օ ԱՍՏՈՒԱԾԱՅԻՆ և զկենդանարար Հոգւոյն
■ սրբոյ զօրուին յայտնելով երբեմն, որ իսկա-
կիցն էր Հոգւոյն, “Հողմուր կամի, ասէ, չնչէ.” այս
ինքն է՝ որ յամ մարդիկ մատակարարէ զիւրոյ զխորհրդ-
դոյն զզօրուինս. ոչ միայն յարժանաւորսն, այլ և յան-
արժանան ցուցանէ զիւր զբարերարութիւնն՝ վասն
բազմաց օգտի: Եւստանօր Ռադամայ որ զյայտնեալ
Ռանին նյ բարբառեցաւ, որ ՚ի վախճան ժամանակացս
և ՚ի կատարման ժամանակիս՝ մարդ եղեալ յերկրի
երևեցաւ, և ընդ մարդկան շրջեցաւ. կամ խոնար-
հագոյն քան զինքն զէշ նորուն մարդկեղէն բարբա-
ռոյն բարբառեալ, արգելելով զմարդարէին զանօրէ-
նութիւն. կամ զանշունչ գաւազանն Ռհարոյնի պըտ-
ղաբերեալ ՚ի խորհուրդ եկեղեցւոյ:

Եւստանայ ինչ զարմանք՝ եթէ մեղաւորաց և անար-
ժանից թողացուցանէ նժ փոքր ինչ մասն խորհրդոյ
քննել յեկեղեցւոյ, ՚ի հնգից անտի բանիցն Պաւ-
ղոսի, առ ՚ի յօգուտ ուսմնասիրաց եկեղեցւոյ ման-

1 Generatim Armeniacae Eccle-
siae officia Ordines, seu Disposi-

tionnes nuncupantur.

2 Christus nimirum quatenus

EJUSDEM DOMINI

J O A N N I S

PHILOSOPHI

DE OFFICIIS · ECCLESIAE

CHRISTI

DIVINI et vivifici Spiritûs Sancti virtutem declaraturus aliquando ipsemet² verus eidem Spiritui Coëssentialis dixit: *Spiritus ubi vult, spirat*³; idest, cunctis hominibus distribuit sui mysterii virtutes. Non solum super dignos, verum etiam super indignos beneficentiam suam ostendit ad multorum utilitatem. Quemadmodum Balaamo, qui protulit revelata Verbi divini, quod in fine temporum, et in consummatione annorum homo factum *in terris visus est, et cum hominibus conversatus est*⁴; aut illo viliores ejus asinum fecit humanam edere vocem, prophetae iniquitatem coërcens; aut inanimum Aaronis virgam fructuosam reddidit ad Ecclesiae symbolum.

Quapropter non est mirum, quod peccatoribus et indignis permittat Deus modicam quamdam mysterii partem in Ecclesiâ perscrutari ex quinque illis Pauli sermonibus⁵ ad utilitatem studiosorum Ecclesiae

Deus est.

3 Johan. 3. 8.

4 Baruch. 3. 38.

5 I. e. a Paulo memoratis. 1. Cor. 14. 19.

կանց : Յաղագս այսպիսի մարդասիրութեն՝ թերևս
և զիմն ոչ յիշեաց Վրիստոս անձ զբազմութի յան-
ցանացս , և ոչ ընդդէմ եբեր զանախորժելի զյանդի-
մանութիւն , եթէ “ Պու ընդէր բնաւ պատմես զար-
դարութիւն իմ , կամ առնուս զուխտ իմ 'ի բերան
քո ” . և զպատճառն յայտնէ յասելն . “ Ասն զի
դու ատեցեր զխրատ իմ , մերժեցեր և յետս ընկե-
ցեր զամենայն զբանս բերանոյ իմոյ ” . և որ 'ի կար-
գին է :

Օ ի թէ արտաքնոցն ասացեալն 'ի խորհուրդ
եկեղեցւոյ վերաբերին , 'ի Պաւղոսի յասելն , եթէ
“ Արի որ ննջեսդ և կանգնեաց 'ի մեռելոց , և լուսա-
տու լիցի քեզ Վրիստոս , ” . և կրետացւոց սուտ մար-
գարէին վկայութիւն առ Տիտոս զարմանալի . որչափ
ևս առաւել որ ուղղափառ հաւատով խորհրդաբե-
րին , ներէնոցա և առաջնորդէ առ բարեացն գիւտն .
ըստ այնմ եթէ “ Օ կամն երկիւղածաց իւրոց առնէ
տէր , և ինդրուածաց նոցա լտէ ” , տալով նոցա լեզու
գիտութե խօսել 'ի ժամու զբանն : Արպէս և աստա
նոր և ինձ շնորհօքն այ պարգևեցաւ համարձակուի
բանիս :

Անէ ընդէր 'ի մեջ գիշերին հինգ սաղմոսիւնն նախ եր-
գէն . ենէ զինչ խորհուրդ բերէ քարոզի , և քահանայան
աղօթի :

ՎԱՆՁԻ յաստուածային խաղաղուի ժամանեալ
մարդկային բնութի , խորհիւր ազատել 'ի չարին վըր
դովմանց սուրբ եկեղեցի . և որպէս յանդիման կա-
լով առաջի մեծի թագաւորի , նախկին համարձա-
կուի հայցէ 'ի բանալ բերանոյ իւրոյ , յասելն , “ Տէր
եթէ զչրթունս իմ բանաս , բերան իմ երգեսցէ զօր-
հնութիւն քո ” : Աւ յետ այնորիկ համարձակեալ

1 Psal. 49. 16.

2 Ephes. 5. 14. Videtur quidem
hoc a Paulo citatum testimonium
ex Isaiae Prophetiâ cap. 60. v. 1.
desumptum fuisse : Auctor ta-
men cum quibusdam antiquiori-

bus ex prophano quodam Scripto-
re prolatum esse arbitrabatur ;
ideoque externorum dicta illud
vocat.

3 Tit. cap. 1. vers. 12. Creten-
ses semper mendaces , malae be-

puerorum. Propter hujusmodi benignitatem utique nec meam commemoravit Christus Deus multitudinem delictorum; neque injucundam reposuit reprehensionem, dicens ¹: *Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum?* rationem quoque adducens totidem verbis: *Quoniam tu odisti monitum meum, respuisti, et projecisti omnes sermones oris mei, et caetera.*

Quod si externorum dicta ad Ecclesiae symbolum referantur, Paulo dicente: *Surge, qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus* ²; Cretensium autem pseudoprophetae mirabile extat testimonium apud Titum ³; quanto magis iis omnibus, qui per orthodoxam fidem in mysteriis conversantur, indulget, eosque ad bonorum adeptum perducet? juxta illud: *Voluntatem timentium se facit Dominus, et deprecationem eorum exaudiet* ⁴; praebens eis scientiae linguam ad loquendum, quum verba sint proferenda, sicut nunc mihi quoque per Dei gratiam largita fuit istius sermonis fiducia ⁵.

Quare mediâ nocte quinque Psalmi decantantur; qualemque intentionem praesefert Praeconium, ac sacerdotalis Oratio?

QUONIAM ad divinam pacem perveniente humanâ nostrâ naturâ ⁶, sancta quoque Ecclesia cogitabat liberari a mali perturbationibus, atque in conspectum magni Regis quodammodo veniens, ante omnia confidentiam postulat ad aperiendum os suum, dicens: *Domine, labia mea aperies, et os meum cantabit laudes tuas* ⁷. Deinde confidens retulit contributorum insi-

stiae, ventres pigri.

⁴ Psal. 144. 19.

⁵ Ad hunc locum refertur fragmentum illud, quod de *Nocturnâ horâ* inscribitur, in sequentibus exhibendum.

⁶ Post nimirum quietem noctis.

⁷ Psal. 50. 17. quibus verbis, quemadmodum Latinae, sic et Armenicae Ecclesiae nocturnum officium incipit.

պատմեաց զնեղչացն դաւաճանուին, և զագգի ազգի ալէկոծութին. յասելն՝ « Տէր, զի բազում եղեն նեղիւք իմ, և բազումք յարեան ՚ի վերայ իմ », ՝ սկըզբանէ կենաց իմոց թշնամիք ՚ի դրախտին հակառակամարտ զօրու թիքն : Ալ « բազումք ասելին զանձնէ իմմէ թէ չիք փրկու թի սորա առ անծ իւր », : Ա ասն որոյ աղաչէ՝ օգնական լինել տկարու թե բնու թե ս առ ՚ի խորտակել զյարձակումն լլկողացն, և ոչ անտես լինել մարդկային բնու թե ս ՚ի բարեգ թ ու թ ենէն տն . զի լոյց չարչարանօք մեղաց զոգի իմ, և ըզկեանս իմ՝ ՚ի փառաց դրախտին ՚ի դժոխս մերձեցոյց, « Ալ համարեցայ ես ընդ այնոսիկ՝ որք իջանեն ՚ի գուբ », . և որ զկնի սաղմոսն պատմէ զանազան փորձու թ թն վարարկեալ որպէս վարմի :

Արդ ընդ այս ամենայն կիրս փորձու թ եց անցեալ եկեղեցոյ, սակայն ոչ լքանի յարարչական խնամոցն որ ՚ի դրախտին . ամենեւին արտաքս սահմանեալ զինքն ՚ի բարձրու թ ենէ խոնարհեցուցանողին, գոչէ քաջալերաբար և ասէ, « () րհնեա՛ն անձն իմ զտէր, և ամենայն ոսկերք իմ զանուն սուրբ նորա », . և թէ « () րհնեա՛ն անձն իմ զտէր, և մի մոռանար զամ սքանչելիս նորա », զառաջինսն և առ յապայսն . որ պսակելոցն է զկամարարսն իւրով ողորմու թ թն : Ալ այսպիսի անծաշնորհ յուսով զօրացեալ՝ հրամայէ երկնային զօրացն, առ ՚ի յօգնականու թ թն փառաբանու թ են իւրեանց տեսանին օրհնել զտէր :

Ալ այսպէս սրբեալ և ամրացեալ և զգաստացեալ հինգ սաղմոսիւք, յաղագս հինգ զգայու թ եցն մաքրու թ ենն, խնդրեաց յայ զսուրբ հոգւոյն զշնորհսն յօգնականու թ թն, առաջնորդ լինել յերկիր բարու թ եննցն, ուստի ելաքն մախանօք չարին . յասելն, ե թ է « հոգի քո բարի առաջնորդեսցէ մեզ յերկիր ուղիւղ », զոր և քարոզն պատուիրէ պահել զպատու թ թնն, զի երկայնօրեայք լինիցին յերկիրն բարու եց, որպէս ՚ի դրախտին սակաւօրեայք : Ալ ապա քահա

1 Psal. 3. 2.

2 Psal. 87. 5.

3 Psal. 102.

4 Psal. 142. 10.

dias, et variam confluctuationem, dicens: *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt adversum me?* ab initio vitae meae inimici in paradiso adversariae virtutes. *Multi vero dicebant animae meae, non est salus ipsi in Deo ejus*¹. Propterea poscit, ut adjutor sit imbecillitati naturae nostrae ad confringendam velliantium incursionem, neque humanam nostram naturam despiciat Domini benignitas. Peccati namque vitiis implevit adversarius animam meam, et ex paradisi gloriâ ad infernum appropinquare fecit vitam meam; *existimatus sum cum descendentibus in lacum*². Sequens autem Psalmus sese variis tentationibus tamquam tendiculis circumdatum fuisse enarrat.

Quamvis ergo per hasce omnes tentationum passiones transierit Ecclesia, minime tamen derelinquitur ab expertâ in paradiso providentiâ Creatoris. Omnino itaque exulem sese aspiciens ab humiliantis celsitudine, viribus receptis, exclamat dicens: *Benedic anima mea Domino, et omnia, quae intra me sunt, nomini sancto ejus*. Item: *Benedic anima mea Domino, et noli oblivisci omnia mirabilia ejus antiqua et futura*; quippe qui in misericordiâ suâ ministros suos coronabit³. Per hanc porro divinitus largitam spem confortata (Ecclesia) praecipit caelestibus Virtutibus, ut ei auxilio sint per suam doxologiam, qua Dominum laudare videntur.

Sic itaque sanctificata, munitaque, et resipiscens per quinque Psalmos, ob quinque sensuam purificationem, petiit a Deo gratiam Sancti Spiritûs in auxilium, ut perducatur nos in terram bonitatis, unde per Maligui invidiam egressi sumus, dicens: *Spiritus tuus bonus deducat nos in terram rectam*⁴. Item et Praeco⁵ praecipit observare mandata, ut in terrâ bonitatis sint longaevi; quum in paradiso paucis diebus fuerint commorati⁶. Deinceps oratio Sacer-

⁵ Id est, Diaconus Praeconium decantans.

⁶ Subintelligitur *Protoparentes*.

նայական աղօթքն հայրաբար զփրկեալն իբրև զորդիս լուսոյ կենաց մատուցանէ առաջի Հօրն երկնաւորի, և երկրպագուս և փառաբանիչս ամենասուրբ Արրորդութեն. նմա փառք յաւիտեանս. ամէն :

Եւ ընդէր եօթն գոթաղայիս Կանոնեալ է սաղմոսն Պատմի. և ելէ վասն ինչ պարձառի իբրև զԼեւրի ին խորհրդով զայլոց մարգարէիցն ՚ի վերայ բերելով օրհնութեան յայնէն. և ապա յետոյ քարոզ և քահանայական աղօթիս :

Ի հրաւրակ երես փառազարդութիցն նոյ զնամ գոլբաբեօք տեսանեմք. և ս առաւել զգերազանց զպայծառ և զանեղ լոյսն զսահմանող տուրնջեան և գիշերի, որով վարին ժամանակաց շրջմունք եւթնօրեայք շաբաթացեալք : Ըրդ թէպէտ յոլովք կան եօթներեակք ՚ի վրայլոց աւուրց շրջագայից, այլ ինձ մերձ թուի գոլ սաղմոսիս միտք եօթն գոթաղայիւքն կանոնեալ. զորոչ օտարքան թէ Հոգւոյն նոյ իմաստիւքն վարկանիմերանելի հարցն մերոց զեօթն գոթաղայսն կանոնանուանեալ, այսինքն է անշարժուի, որ ըստ համեմատութեան ընդ եօթն աւուրս շաբաթուն գաղափարին մի մի գոթաղայ առ օր մի գոլով, վեցն ըստ վեց աւուրցս տարժանմանց. իսկ եօթներորդն զգլուխն և օր կատարման, յորում աւուր և սուրբքն ճգնեալք ՚ի Քրիստոս պսակին :

Բայց չև ևս կատարումն եօթներեկին. զոր յայսմ վայրի զօրհնուի զայլոց մարգարէիցն ՚ի վերայ բերելով, որ նշանակէ զութերորդ գարուն զխորհուրդն, և օրն զգարուն, որպէս օր միաշաբաթուն և խոր.

1 Hanc vocem *Copula*, seu *nexus*, seu *conjunctio*, ex Armeniacâ voce *Coplâ* integram servare voluimus, quippe quae, ut nobis videtur, ex latino idiomate desumpta est; armeniace siquidem nullius est significationis. Ad majorem tamen hujusce loci intelligentiam notandum est, quod pe-

nes Armenios octo Canonibus comprehenditur totus Psalmorum liber; unusquisque autem Canon septem *Copulas* habet, quarum unaquaelibet vel duos vel tres vel plures Psalmos comprehendit, hac sane de causâ *Copulas* nuncupatos, quia semper conjunctim recitantur inter se

dotalis, patris more, in conspectu caelestis Patris offert quodammodo salvatos luminis vitae filios adoratoresque, et glorificatores Sanctissimae Trinitatis. Ipsi gloria in saecula. Amen.

Quare autem septem Copulis¹ sub Canone redactum fuit Psalterium David? aut qua de causá, tamquam si imperfectum fuerit mysterium, adjunctis caeterorum Prophetarum hymnis, laudes decantantur, ac Praeconium postea, et oratio Sacerdotalis subsequitur?

Ex mirificis ac magnificis ornatissimis Dei operibus cuncta bona esse vidimus; maxime vero superexcellentem, et clarissimam lucem increatam, diei ac noctis designatricem; qua temporum vicissitudines peraguntur septenis diebus Sabbatum² praeseferentes. Quamvis autem plurimae sint septenae³ per caeterorum dierum circulum; mihi tamen sensus adesse videtur Psalterii in Canones per septem Copulas redacti: quia nonnisi Spiritus Sancti sententiá beatos Patres nostros arbitror septem Copulas nominasse Canonem, videlicet *Constantiam*; ut per analogiam septem assimilentur Hebdomadae diebus, unáquaque copulá ad unumquemque diem respondente; sex quidem secundum sex dies laborum, septima vero veluti caput perfectionisque dies, in qua sancti quoque dimicantes coronantur in Christo.

Necdum perfecta est septima; quapropter huic intervallo superadditur aliorum Prophetarum hymnus; idque octavae aetatis mysterium designat, dies autem ipsius aetatis mysterium⁴. Sicut Primae Sabba-

quodammodo copulati, et nonnisi in fine Copulae dicitur versiculus *Gloria Patri*. Idipsum et penes Latinos agitur in Laudibus, ubi duo Psalmi 62. *Deus Deus meus*, atque 66. *Deus misereatur nostri*, conjunctim recitantur quotidie, quemadmodum et tres illi 148. *Laudate Dominum de*

caelis, 149. *Cantate Domino canticum novum*, et 150. *Laudate Dominum in Sanctis ejus*.

² Seu quietem.

³ Seu potius *Hebdomadae*.

⁴ *Octavae aetatis nomine aeternam beatitudinem saepe saepius intelligunt Sancti Patres*.

Հուրդքն 'ի նմա ութերեակք, և ինքն սկիզբն լինելու է աշխարհի: Աստանօր յանդումն բերի աղօթից մերոց և ամ տնօրէնութեցն Վրիստոսի. զմահն ասեմ, և զթաղումն, և զյարուին, որպէս յետ լքանելով զեօթնօրեայ ժամանակս, որ է ըստ մարմնոյ երկրաքարչ տարժանմանցս. և առ ութերեակն ճախրել զխորհուրդն առ Վրիստոսի յարութէ օր:

Սերձ յասացեալսն վարկանիմ և զղւտացւոցն օրէնսն և զքահանայիցն զկատարելութին ութօրեայ դեգերեալ առ դուրս խորանին վկայութի, գոնեա տիպք օրինակի եօթներորդացն, որ առ ութերեակն հանեն քրիստոսեան խորհուրդն. ը որում իմաստունն Սողովմոն, 'ի զգոնուէն խրատուն յորդորէ՝ տալով մասունս եօթանց, այլ և ութից: Ամ 'ի սաղմոսն 'Վաւթի՝ որ վասն ութերորդացն գրեալ է. կամ բաղարջակերաց առուրքն, կամ տաղաւարահարաց տունին գուշակումն, որ յերկնայինսն բերէր զմեզ 'ի վայրսն: Վանդի անորդուփն հետեւիմք 'ի լեառն բարձու առանձնանալ ընդ Արրորդութեն փառաց. յորմէ զրկեալ 'ի սկզբանն 'ի գերակայ բարեացն, մարդկային բնութիւնս՝ յերկիր կործանեցան: Աստ այսմ գաղափարի և որդի թագաւորագնւոյն յետ եօթներորդ ժամու առուրն ապաքինէր յախտէն, յԱրդոյն միածնէ բժշկութեն. նա և յութերեակսն լինէր նորդումն ընդ Վրիստոսի յարուցեալք:

Այս մեծի խորհրդոյ խորհրդագգաժ եղեալ եկեղեցոյ, 'ի բոլոր ժամանակաց լմունս, բարեփառ հաւատով երջանկացեալ 'ի Վս, պատուիրէ 'ի կենցաղումն արթուն և զուարթուն լինել առաջի նորա, և մատուցանել նմա զբանաւոր զպատարագս 'ի հոտանուշից, և արժանաւոր լինել խոստացելոց բարեացն՝ զոր պատրաստեաց հաւատացելոցն միածին Արդին այ. նմա փառք յաւիտեանս, ամէն:

1 Hoc est *Dominicae*.2 Ad *Dominicam* nempe diem, in qua semper Armenii myste-

rium resurrectionis Christi commemorant.

3 *Eccle.* 11. 2.

ti¹ ejusque mysteria octavum declarant; ipsamet vero principium creationis mundi. Hic sane orationis nostrae omniumque dispensationum Christi fit implementum; mortem dico, et sepulturam, et resurrectionem; tamquam si, postpositis septem dierum temporibus, quae sunt secundum terrenos carnis labores, ad octavum diem alacriter transferendum esset mysterium, ad diem videlicet resurrectionis Christi².

Ad haec, quae diximus, propius accedere puto cum Levitarum legem, tum Sacerdotum initiationem, octo diebus commorantium ad ostia Tabernaculi testimonii, fere ad symbolum septenorum perducentium ad octavum Christi mysterium: quemadmodum sapiens Salomon in sapientialibus monitis hortatur *dare partem septem, nec non et octo*³; aut David in Psalmo *pro Octavâ* inscripto⁴: vel Azymorum dies, vel Tabernaculorum festivitatis praefiguratio, quae nos ad caelestia spatia referebat. Nam per Dei Filium iter facimus, ut in montem excelsum secedamus cum Triadis gloriâ; qua excellenti nimirum bonitate, expoliatum in principio genus humanum corrui in terram. Eodem modo et filius reguli⁵ post septimam diei horam a morbo sanabatur per Unigeniti Filii curationem; item in octavis resurgentes cum Christo innovabuntur.

Hoc magno mysterio penitus imbuta Ecclesia in totius temporis plenitudine, atque per orthodoxam fidem prosperata in Christo, jubet, in praesenti vitâ vigiles esse atque hilares in conspectu ejus, et offerre illi rationalem hostiam in odorem suavitatis, dignosque fieri promissis bonis, quae credentibus praeparavit Unigenitus Filius Dei. Ipsi gloria in saecula. Amen.

⁴ Psal. 6. 1.

⁵ Johan. cap. 4. vers. 52. ubi de filio reguli habetur; quia he-

ri horâ septimâ reliquit eum febris.

Եւ ելեւ ձաւն ի նշ պատճառով զընդ Երից ճանկանցն հանապաղ Երգեն ՚ի գիշերին • Եւ ապա քարոզ և քահանայանան աղօթք, և զինի Ողորմեա սաղմոսն • Եւ նոյնպէս քարոզն և քահանայանան աղօթքն • յԵԲՐՈՅ Տէր յԵրկնիցն՝ առանց Բնորդի, յԵԲՐՈՅՊատրի Բարձրանան յօրինէն • Եւ ելեւ զինչ այսոսիկ յայտնէն խորհուրդսն՝ շնորհօքն այ սկիզբն արասցուաք յայսօրնուրեւ :

ՔԱՆԶՒ ԽԾՆ յաւիտենական որ զամենայն արարածս բանիւ գոյացուցեալ, ուսուցին մեզ գիրք սուրբք յօչննէ լեալ զամենայն : Իսկ զթագաւորական զպատկերն յետոյ ՚ի պատիւ տէրուէն իւրոյ զարդարէր, ինքեան ստեղծանելով ձեռամբն՝ առաւել մեծարեալ, զանարգ նիւթն յերկինս հանելով ՚ի տէրութե փառան, որ է ըստ պատկերի և ըստ նմանութե, յաղագս որոյ հրամայէր արձակապէս քաղաքաւարիլ, զի ինքնայօժար ընթացիւքն ըմբռնեսցէ զառաջարեալ զխորհուրդսն : Աստանօր ՚ի վերայ հասեալ չարին, զանհասանելին ինքեան յափշտակելով զբարձրութին, որում անհանդուրժելի հասանելին աղէաքն • զի զորոյ ՚ի սիրտն ընկալաւ փափաքանօք զխրատն, նովին ձեռոյն յառաջարիմանայր • ուստի կապեալ իբրև շղթայիւք ՚ի խորս անգիտութեն անկանէր, ԽԾ իւր յօրինելով զկործանիչն • ընդ որոյ հովանեաւն լծեալ, զնորինն ժառանգէր զխաւարն • և ամենեւիմք ընդ մահու կորստեամբ գրաւեալ, յայ և ՚ի դրախտէն արտաքս անկանէր :

Եւ այսոցիկ այսպէս եղելոց, սակայն ոչ կարաց ժուժկալել իւրում պատկերին՝ յաղթեալ ՚ի մարգա սիրութենէն հայրն • այլ ընդ առաջ ելանէ նմա մարգարէական քարոզութիւն, գիրկս արկանէր և համբուրէր զգարձեալն ՚ի խողագնաց շաւղէ կռամովութենէն • պատմութեան փառաց և մատանի հրամայէ ազուցանել նմա զառաջինն, զոր մերկացաք մախանօք չարին • ապա զմեծ և զանպարագրելի զեզն, զանմահ իւր Որդին և զՆանն տայ ՚ի զենումն և փրկութիւն աշխարհի, յոր և կոչէ ՚ի հարսանիս երկնաւոր

*Qua de causâ hymnus trium Puerorum quotidie can-
tetur in nocturno, ac deinde Praeconium, et Oratio sa-
cerdotalis sequatur; postea Psalmus Miserere, atque
itidem Praeconium et Oratio sacerdotalis; dein sine in-
termissione Laudate Dominum de caelis; demum Glo-
ria in excelsis concinnetur; et quænam sit horum mens
per Dei gratiam declarare exordiamur.*

QUONIAM aeternus Deus omnes creaturas Verbo condidit¹, sacrae Scripturae nos docuerunt, omnia ex nihilo facta fuisse. Regiam autem imaginem postremo in domini sui honorem adornabat, eam suis ipsius manibus efformans magis magisque decoratam, vilem materiam ad caelum provehens in dominicam gloriam, quum facta sit ad imaginem, et similitudinem suam. Libere idcirco mandabat conversari, ut suoapte cursu proposita apprehenderet mysteria. Interea, superveniente maligno, inaccessam ei surripere celsitudinem satagit; unde ingentes irrepserunt aerumnae. Cujus namque animus avide suggestionem recepit, eodem tenore processit: proindeque ligatus tamquam catenis, in profundum ignorantiae cecidit, Deum sibi effingens deturbatorem: sicque, cujus praesidio sese subdiderat, ejusdem possidebat et tenebras; atque per interitum sub morte omnino detentus, a Deo et a Paradiso ejectus est.

Quibus hoc pacto obtingentibus, nihilominus non potuit suae imaginis lapsum sufferre Pater a suâ erga hominem clementiâ victus; verum illi per propheti-
cam praedicationem occurrit, amplectitur, osculatur-
que ab idololatriæ semitâ porcorum propriâ conver-
sum. Tunicam gloriae, et pristinum annulum, quem per Maligni invidiam abjicerat, ei porrigi jubet. Mox autem magnum et incircumscrip-
tum vitulum, immortalem Filium suum ac Verbum, in salutem mundi mactandum praebet, atque ad caelestes Filii sui nu-

¹ Juxta illud Psalm. 32. 6. *Verbo Domini caeli firmati sunt.*

Որդւոյն իւրոյ զտիեզերս : Այլ այսպիսի փրկական սնօրէնութիւնք տիեզերք նորոգեալք կենդանացան, զորոց երկուց աւուրցն զխորհուրդս հրամայէ 'ի կիրարկանել. զծննդեանն ասեմք և զյարուէ. ոչ միանգամ և երկիցս՝ այլ ամի ամի զնոյնն վերստին առնելով, նա և յամենայն շաբաթու տօնէ եկեղեցի զփրկութիւնն նախաստեղծին զոր արար միածին Որդին նոյն :

Իայց նախադասելոյ պատճառ զօրհնութիւն երից մանկանցն քան զՍղորմեա սաղմոսն այս է. վասն զի երգք երից մանկանցն յաղագս նախահօրն փրկուէ ձևանայ, որ մախանօք չարին 'ի մէջ հնոցի կենցաղիս դատապարտեալ մարմնով, շնչով և հոգւով. վասն այնորիկ նախ զարուին զփրկութիւնն յառաջ բերէ : Իսկ Սղորմեա սաղմոսն ունի զնախամօրն ազատութիւն սրբոյ անծածնի ծննդեամբն, ոչ ևս սնօրէնութիւն յղանալ և որդիս ծնանել յանէծս. վասն զի լուծաւ դատապարտութի սուրբ և անծածնին ծննդեամբն, և բարձան ամենայն պատճառք մեղաց, որ յանիծիցն մտին յաշխարհս, մարմնով Որդւոյն նոյն և թաղմամբն և յարութիւնն նորին : Ինդ նմին թաղեալք մկրտութիւնն 'ի մահ, և ընդ նմին յարուցեալք 'ի թաղմանէ մեղացն՝ նոյն ազդեցութիւնն. նա և համարձակիմ իսկ ասել՝ եթէ ընդ աջմէ հօր նստեալ :

Ինդ որպէս յառաջագոյն շնորհեցաւ 'ի հոգւոյն սրբոյ կարգեալ խորհուրդ պաշտման եկեղեցւոյ օրհնութիւն երից մանկանցն, մահու և յարութեամբն Վրիստոսի յաղագս նախահօրն փրկութիւն. և ի՞՞՞՞ք բաւեայն զխոնարհութե պաղատանս՝ հանապազօր երրեակ միութեան մատուցանել արժան է ամենայն բրիստոնէից :

Իսկ Սեծացուցէն և Սղորմեացն սաղմոսն ունի զնախամօրն ազատութիւն սրբոյ անտուածածնին ծննդեամբն : Այլ այսպէս ազատեալք 'ի նախամօրն

1 En iterum, ut superius diximus, mysterium Dominicae Resurrectionis in cunctis anni Dominicis ab Armeniis celebratum.

ptias universum orbem invitat. Hisce itaque dispensationibus reviviscens orbis terrarum est renovatus. Quapropter duorum dierum mysteria jubet Ecclesia solemniter celebrare; Nativitatem, inquam, et Resurrectionem; nec semel aut bis, sed annuatim eadem recolit; immo in omni hebdomadâ¹ festive celebrat Protoplasti salutem, quam fecit Unigenitus Filius Dei.

Ratio autem, ob quam trium Puerorum hymnus ante Psalmum *Miserere* decantatur, haec est. Quia trium Puerorum cantus primi Parentis quodammo- do salutem praefigurat, qui per Maligni livorem in camino hujus vitae corpore, spiritu, et animâ fuit condemnatus: ideo prius masculi reparationem ante oculos ponit. Psalmus vero *Miserere* primae Matris per Sanctissimae Deiparae partum liberationem designat; ne concipiat amplius in iniquitate, filiosque in maledictione pariat. Quoniam per sanctae Dei Genitricis partum soluta est condemnatio; omnesque peccatorum causae, quae ex maledictione ingressae fuerant in mundum, ablatae sunt per carnem Filii Dei, et per ejus sepulturam, ac resurrectionem: quocum sepelimur per baptismum in morte suâ, et cum ipso per Dei opus ex peccati sepulturâ resurgimus. Immo audeo etiam dicere, quod ad dexteram Patris sedimus².

Oportet ergo (quemadmodum jampridem a Spiritu Sancto fuerat largitum) ordinatum mysterium officii Ecclesiae, trium Puerorum hymnum ad mortis et resurrectionis Christi symbolum, propter primaevi Patris salutem (sicut et *Deus propitius esto*, humilitatis preces) quotidie Trinae Unitati universos Christianos offerre.

Magnificat autem, et Psalmus *Miserere* primaevae Matris per Sanctae Deiparae partum liberationem significant. Atque ita a primae Matris maledictione

² Supple: cum Christo, vel in Christo.

անիծից մանկունք եկեղեցւոյ, և յառաջին յօրհնու-
թիսն հաստատեալք, և ընդ անմարմնոց բնութեցն
պար առեալ, զերգս օրհնութեանն, յասելն, թէ
“ () օրհնեցէք զտէր յերկնից, օրհնեցէք զնա 'ի բար-
ձանց ”. և եթէ “ () օրհնեսցեն զնա ամենայն հրեշ-
տակք նորա ”. և այլ մի ըստ միոյն որ 'ի կարգին է :
Եւ յետ այնորիկ 'ի ստորինս զբանն ածէ յասելն, եթէ
“ () օրհնեցէք զտէրն յերկրէ վիշապք և ամենայն
խորք ”. և եթէ “ () ագաւորք երկրի և զօրք իւր, և
իշխանք, և երիտասարդք, և կուսանք ”. և որ 'ի
կարգին է. և այսպիսի մարդասիրուք ազատեալք ման-
կունք եկեղեցւոյ 'ի մեղաց ծառայութենէ, օրհնեն
զտէր յօրհնութի նոր, օրհնութի նմա յեկեղեցւոյ
սրբոյ. և եթէ “ Ուրախ եղև նոր Խորայէլ յարա-
րին իւր. որդիք Աիոֆնի, որ յԵւայէն, ցնծացան 'ի
թագաւորն իւրեանց, որ 'ի Արիամայն ծագեաց
Փրկիչ նոցա, որ յարուցեալ 'ի մեռելոց փչեաց յԱ-
ռաքեալսն, ասելով, “ Առէք զհոգի սուրբ, զհեռա-
ցեալն յԱդամայ 'ի բնութենէս, յաղագս ոչ 'ի դէպ
ճաշակման պողոյն գիտութեք բարւոյ և չարի :

Եւ զյառաջ ասացեալ օրհնութիքն, զներկայումս
և զարդիս ունի զգիտաւորուի. իսկ Փառք 'ի բարձուն
սըն, զապառնեաց և զհանդերձելոցն օրհնութեցն բերէր
զնմանուի, և զազգակցութի մարդկան ընդ վերնոց
բնութեցն. և միաբան փառաբանութիւն ամենասուրբ
Երրորդութեն. նմա փառք յաւիտեանս, ամէն :

Եւ եւէ զիսկ խորհուրդ ունի Փառք 'ի բարձանցն
անոր անոր այլ այլ երգի անասօպոսն :

Օ որ թուի ինձ թէ ըստ աւուր ժամուցն պաշտ-
մանցն խորհրդեանն կարգեալ են : Երկշաբաթին՝
ըստ առաւօտին պաշտմանն խորհրդեանն կարգեալ
է, յորում ժամու միւսանգամ գալուստն Փրկչին
պատմի. վասն այնորիկ առաւօտին աղաղակեն ողբեր-
գագին ձայնիւն, եթէ “ Աոյս տուր, տէր աչաց իմոց,
զի մի երբէք ննջեցից 'ի մահ ” ըստ յիմար հինգ կու-

liberati Ecclesiae pueri, atque in priscis benedictionibus confirmati, cum incorporeis naturis choreas ducentes, concinunt laudis cantum dicentes: *Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis. Et: Laudent eum omnes Angeli ejus, et caetera deinceps per ordinem. Deinde autem ad inferiora convertitur sermo, dicendo: Laudate Dominum de terrâ, dracones et omnes abyssi. Et: Reges terrae, et exercitus eorum, principes, et juvenes, et virgines, et quae sequuntur. Hujusmodi porro benignitate erepti Ecclesiae pueri a peccati servitute decantant Domino canticum novum; laus ejus in Ecclesiâ Sanctorum; atque laetatur novus Israël in Creatore suo, filii Sion, qui ex Hevâ, exultant in Rege suo, qui ex Mariâ natus est Salvator eorum. Qui exurgens a mortuis insufflavit in Apostolos¹ dicens: Accipite Spiritum Sanctum, qui ab hac Adami naturâ recesserat ob illicitam fructûs scientiae boni et mali degustationem.*

Praedictae itaque benedictiones praesentium rerum ac temporum intentionem praeseferunt. *Gloria* autem in excelsis futurarum exhibet laudationum similitudinem, hominumque affinitatem cum supernis naturis, atque concordem Sanctissimae Trinitati doxologiam. Ipsi gloria in saecula. Amen.

Quid mysterii in se continet Gloria in excelsis, variaeque uniuscujusvis diei Antiphonae matutinae?

Ut mihi persuasum est, juxta mysterium officii horarum diei ordinatae sunt². Feriâ secundâ juxta matutini officii mysterium statuta est; in qua horâ secundus Salvatoris adventus praenarratur. Ideo lugubri voce mane clamatur: *Illumina, Domine, oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, sicut quinque virgines fatuae, ne quando dicat inimicus vitae: Prae-*

² Supple: *Antiphonae.*

տանայ : « Մի ասացէ թնամին կենաց թէ յաղթեցի նմա, կամ նեղիչք իմ ցնծասցեն թէ ես սասանեցայ » ՚ի հուրն յաւիտենից, որ պատրաստեալն է սատանայի և հրեշտակաց նորա :

Իսկ երեքշաբաթին, ըստ երրորդ ժամու խորհրդեանն կարգեալ է յորում ժամու գալուստ հոգւոյն հեղաւ ՚ի յառաքեալսն . զորոյ զկենարար զգալստեանն զփորձ առեալ մանկունք եկեղեցւոյ, առաջի անկանելով աղաղակեն . եթէ « ՚Կքէն է Տէր, աղբււր կենաց, և լուսովքս գալստեամբք տեսանեմք զլոյս » . և եթէ, « ՚Օագեան, տէր, զողորմութի քո ՚ի պաշտօնեայքս և յերկրպագուս ամենասուրբ Արրորդուեղ :

Իսկ չորեքշաբաթին, ըստ վեցերորդ ժամու պաշտմանն խորհրդեանն կարգեալ է . յորում ժամու հիւանդուի նախահօրն պատմի, և ՚ի նմին ժամու բժշկուի վիրացն չարչարանօք խաչին տեառն մերոյ Յիսուսի Վրիստոսի : Ըստ պիտառուութեանն Յովաննու աւետարանագրի յասելն՝ թէ « Այր ժամ վեցերորդ և ուրբաթ գատկին, և հանին զնա՝ ՚ի խաչ » . և զայս պիտի փրկական տնօրէնութի խորհուրդ ծանուցեալ մանկանց եկեղեցւոյ, աղաղակեն գոհանալով . եթէ « Աս աղաչեմ, տէր, ողորմեա ինձ, և բժշկեա զանձն իմ ես մեղայ քեզ :

Իսկ հինգշաբաթին, ըստ իններորդ ժամու խորհրդեանն կարգեալ է . յորում ժամու ՚ի խաչին աղաղակէր, զելի ելին ասելով միածին Արդին այ, և ՚ի նմին ժամու ընդ երեկս առուրն զուսաւորսն ՚ի խաւարէն փարատէր, ըստ մարգարէական ձայնին, նոր առաւօտ ծագելով նստելոցն ՚ի խաւարի և յիսորւերս մահու . ուստի լուսաւորեալ մանկանց եկեղեցւոյ . աղաղակեն առաւօտին յասելն . եթէ « Աս առքեզ Տէր աղաղակեցի, առաւօտիս աղօթքս իմ ժամանեսցեն առ քեզ » . և որ ՚ի կարգին է :

Իսկ ուրբաթին, ըստ տասներորդ ժամու պաշտմանն կարգեալ է, ըստ որում ժամու ՚ի գերեզման ասի իջեալ տէրն արարածոց, և իւրով անապական

1 Psalm. 12.

2 Matth. 25. 41.

3 Lect. Arm. habet: A te.

4 Psal. 35. 10.

valui adversus eum; qui tribulant me exultabunt si motus fuero ¹ *in igne aeterno, qui paratus est diabolo, et angelis ejus* ².

Feriâ tertiâ, juxta horae tertiae mysterium statuta est: qua horâ advenit Spiritus immissus in Apostolos. Cujus mirificum adventum experti Ecclesiae pueri, procidentes exclamant: *Apud te* ³, *Domine, est fons vitae, et in lumine adventus tui vidimus lumen* ⁴. *Et: Ori-ri facito misericordiam tuam, Domine, super nos ministros, atque adoratores Sanctissimae Trinitatis tuae.*

Feriâ quartâ, juxta mysterium officii sextae horae praescripta est: qua horâ Protoparentis infirmitas recolitur, atque eâdem horâ vulneris curatio per passionem Crucis Domini nostri Jesu Christi, prout refert Johannes Evangelista dicens: *Erat Parasceve Paschae, horâ sextâ, et crucifixerunt eum* ⁵. Hujusce porro salutaris oeconomiae mysterium agnoscentes Ecclesiae pueri cum gratiarum actione adprecantur: *Ego rogo, Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi* ⁶.

Ista est paradisos a Deo plantatus, in quem nequeunt ingredi mala: ab illo namque ² foras per serpentem ejecti sumus, et in hunc per Christum ingredimur. Quoniam autem viventium paradisos haudquam recipit mortuos peccatis; similiter et ex istâ Ecclesiâ foras ejiciuntur improbi et peccatores ³. In illo paradiso arbor vitae, qui Protoplasto fuerat vitatus; hîc autem pro illo Crux lucis ab eodem plantatore erecta radicem misit, ejusque vivifico sanguine floruit; ex qua semper, qui in mundo sunt, fideles fructum vitae colligunt. Ibi fons ex Eden scaturiens irrigat venusti spatii viretum, indeque in quatuor progressus dividitur: hîc autem veritatis Verbum cœn fons ex Patre profluens ⁴ Evangelii diffluit gressus ad quatuor orbis extremitates, atque homines in vitam justitiae purgat per baptismum ac renovat.

In illo paradiso Adam formatus est imago Dei; hîc autem homo in Ecclesiâ per lavacri regenerationem fit filius Dei. Ibi lignum scientiae boni et mali: hîc verum bonum Deum novimus, atque eos, qui fraudulentè in servitutem nos redigunt, effugimus; quemadmodum et ipse Redemptor praecipit, dicens: *Quum exaltaveritis Filium Hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum* ⁵. Ibi arbores frondibus vestitae, floribusque exornatae: hîc Apostolorum et Prophetarum chori cum luculentâ sapientiâ, et floridâ virtute Trinitatis edocent Fidem per venustorum florum disci-

profluens ex Patre: quem tamen locum ignorantés quidam minime intelligentes volunt legere ex Patre et Filio, quasi de Spiritûs

sancti processione sermo haberetur.

5 Johan. 8. 28.

վարդապետութիւն : Օ՛նա սերրութիցն պարփակէ հրեղէն սուրն . և զսա չոգին սուրբ պարունակէ նշանաւ տէրունականն խաչի : Յայնմ դրախտի պատուիրանն տուաւ գործոյ և պահպանութիւն . զնոյն և աստ պատուէր առաք՝ ստանալ զօրէնս չոգւոյն , և անսխալ պահել :

Յառաջինն Ղաւմայ շինեցաւ ՚ի կողինցն կին , և տուաւ նմա յօգնականութի . իսկ յերկրորդն Ղաւմայ կողինցն , յորմէ ել արիւն և ջուր , շինեցաւ եկեղեցի : Օ՛ր և առաքեալ համեմատէ՝ ասելով . « խորհուրդս այս մեծ է , բայց ես ասեմ ՚ի Վ՛ս և յեկեղեցի » :

Խորհրդածի եկեղեցի և նոյեան տապանին . զի որպէս յերիս որոշմունս հրամայեցաւ կազմած տապանին՝ ներքնատուն և միջնատուն և վերնաձեղուն . նոյնպէս և եկեղեցի երիս ունի յարկաց պատրաստութիւն , զարտաքինն գաւիթ , և զտաճարն , և զսրբութեն խորան : Մեզ բազմահոյլ կենդանիքն մտեալ ապրեցան ՚ի ջրհեղեղին պատուհասից : Այլ աստ բազմութիւնք հաւատացելոց ՚ի շնահեղձոյց մեղացն ծովէ վերաբերող առաքինութիւն առ երկինս թուցեալ ապրեցան ՚ի սահանասոյց հեղձմանէ : Յայնմ տապանէ արձակեալքն կենդանիք , նովիմք վարեցան ըստ բընուէն ախորժից , որպէս և մտին . իսկ աստի գաղանաւ բարոյքն արձակեալք զգօնացան յիմաստս հոգևոր որդիութեան : Մտի արձակեալ զագուան՝ այլ ոչ ևս յաւել դառնալ . և աստ արձակեաց Վ՛ս զսեացեալն սատանայ յեկեղեցւոյ իւրմէ , և ՚ի լոյս էած զսեացեալն մեղօք : Այն ագուան ընկղմեցաւ ՚ի ջուր անդր . և սատանայ ընկղմեալ ՚ի հոգիս մեղաւորաց բունէ , որ ՚ի տղմի հոսանուտ կենացս թաւալին : Այլ դուռն ՚ի կողմանէ սորա առաքեալք և մարդարէք , ընդ որ փոխանակ աղանուոյ շղաբեր հրեշտակի՝ չոգին սբ մտանելով ոչ սակաւս ՚ի տապանէն հանէ , այլ զբոլոր տիեզերս յերկրէ յերկինս հանէ : Ի ցամաքեւ ջրոյն՝ մատոյց Վոյ պատարագ Մստուծոյ . և ՚ի ցամաքեւ մեղացն ՚ի մէնջ՝ լինիմք սեղան Մստու-

plinam. Illum igneus Seraphim gladius circumcludit; istum dominicae Crucis signo circumscribit Spiritus sanctus. In illo paradiso praeceptum operandi ac custodiendi datum fuit; idem hinc quoque mandatum accepimus, ut Spiritus legem adipiscamur, eamque infallibiliter observemus.

Ex primi Adami costâ aedificata est mulier, eique data fuit in adiutorium: ex secundi autem Adae latere, unde exiit sanguis et aqua, aedificata est Ecclesia; quod et Apostolus confert, dicens: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo et in Ecclesiâ*¹.

Mystice consideratur Ecclesia et per arcam Noë: sicut enim trium sectionum praecepta fuerat Arcae constructio, deorsum, coenacula, et tristega; similiter et Ecclesia triplicem habet tectorum distributionem, externum videlicet atrium, templum, et Sanctitatis tabernaculum. Illuc multorum, quae ingressa erant, animantium agmina a diluvii suppliciis servata sunt: hinc autem fidelium populi per virtutem ad superna perducentem ex suffocante peccatorum mari in caelum advolantes erepti sunt a submergentium cataractarum suffocatione. Dimissa ex illâ arcâ animantia iisdem usa sunt pro uniuscujusvis naturâ affectionibus, sicut quum intraverant: hinc autem dimissi, qui ferini moris fuerant, ad sententias spiritualis adoptionis Dei resipuerunt. Corvus inde dimissus non amplius reversus est: et hinc nigrescentem Satanam dimisit Christus ab Ecclesiâ suâ, et eos qui pro peccatis nigrescebant, ad lucem reduxit. Corvus ille immersus est in ipsis aquis, et Satanas immersus nidificat in animabus peccatorum qui in luto labentis vitae volutantur. Ostium autem ex latere hujus (*sunt*) Apostoli, et Prophetæ, per quod pro columbâ frondiferâ nuntiâ Spiritus sanctus ingrediens, haud paucos ex Arcâ educit, sed universum orbem de terrâ pertrahit ad caelum. Arescente aquâ,

¹ Ephes. 6. 32.

ծոյ, և 'ի սուրբ մտաց պատարագ ընդունելի մատուցանեմք ան :

Եւ սա և աշտարակ իմանալի : Վրանգի այն ամբար տակ 'ի հպարտից և յապարասանից շինեցաւ, վասն որոյ և վաղվաղակի կործանեցաւ . որոց և 'ի բաժանել լեզուացն՝ չար համաձայնութիւն խափանեցաւ : Իսկ աստ զցրուեալսն յաշտարակէն զազգս 'ի հողերու համաձայնութիւնն էած տէր մեր, և շինեաց 'ի մարմին իւր աշտարակ հզօր հաստահեղոյս վիմօք զկաթողիկէ՝ սք 'ի վերայ առաքելադաւան հաւատոյ անսասանելի հաստատութիւն . զոր ոչ հողմք սատանայ ահանք, և ոչ անձրեք յորդախաղաց ուղիւից բռնութեան կարացին փլուցանել . այլ և բարձրացեալ խորհուրդ սորա գերագոյն երկնայնոյն ամբարձաւ կաւ մարի : Եւ այն աշտարակ 'ի տիտանեանն Վեղայ շինեցաւ և սա բարձրացեալ խորհրդով յածն Վանէ : Եւ այն աշտարակ զմի լեզուն 'ի բազումս բաժանեաց, և զչար միաբանութիւն յաւիտենից քակեաց 'ի միմեանց . և այս աշտարակ զքակեալսն և զանջատեալսն ած 'ի մի, համաշունչ և միախորհուրդս զամենեւեան առնելով 'ի մի յոյս կոչմանն Վշի : Յայնմ աշտարակի յեօթանասուն և երկու լեզուս զազգս նահապետացն բաժանեաց . իսկ յայս աշտարակ եօթանասուն և երկու առաքելքն հաւաքեցին զհանրական տիեզերս, և ծննդեամբ սրբոյ աւազանին արարին որդիս լուսոյ և տուրնջեան :

Համաբատակի այս սրբարանի խորհուրդ և ընդ խորանին Ղբրաամն, յորում տաղաւարեաց նձ երկու հրեշտակօքն . վասն զի 'ի սմա բնակէ խորհրդական Արորդուին . որպէս ասաց մարգարէիւն : «Վ սմա բնակեցայց, զի հաճեցայ ընդ սա» : Եւ յառաջքան զհամաշխարհական ուրախութիւն եկեղեցւոյ 'ի մաշկեայ խորանին ընդունել զտէրն և զարարին ամենեցուն . և աստ կատարելապէս միացաւ ընդ մանկունս եկեղեցւոյ . ըստ այնմ, թէ «Վնացից 'ի նոսա, և բնա

obtulit Noë sacrificium Deo; et arescentibus peccatis in nobis, efficimur altare Dei, et ex mundâ mente acceptabilem hostiam Deo offerimus.

Est ista turris quoque intelligibilis. Nam turris illa a superbis, et arrogantibus condita est, ideoque confestim corrui; quorum etiam improba concordia per linguarum divisionem evacuata est. Hic autem dispersas de turri gentes in spiritualem concordiam adduxit Dominus noster, atque in corpus suum aedificavit solidis lapidibus turrim fortem, Catholicam sanctam super Apostolicae professionis fidem firmitate inconcussâ; quam nec diabolici venti, neque validae redundantium torrentum pluviae evertere potuerunt. Immo excelsum istius mysterium est caelesti arco valde excelsius. Turris illa a Titaneo Belo extracta est; ista vero sublimiori mysterio a Verbo Divino. Turris illa unam linguam in plurimas divisit, et pessimam concordiam in aeternum dissolvit: turris ista destructos sejunctosque adduxit in unum, unanimes et consentientes cunctos reddens in unâ spe vocationis Christi. In illâ turri in septuaginta duas linguas familiae Patriarcharum sunt divisae: in hac vero turri Septuaginta duo Apostoli universum terrarum orbem collegerunt, et per sancti lavacri regenerationem eos fecerunt lucis, et dei filios.

Hujusce Sanctuarii mysterium conformatur quoque tabernaculo Abrahae, in quo cum duobus Angelis commoratus est Deus: in isto enim mystica Trinitas inhabitat; quemadmodum per Prophetam dixit: *In hoc habitabo, quia complacui in eo*¹. Ibi ante universalem Ecclesiae laetitiam in pelliceo tabernaculo exceptus fuit universorum Dominus ac Creator: et hîc perfecte cum Ecclesiae pueris copulatus est, juxta illud: *Ambulabo inter eos, et habitabo in illis*²,

² Corinth. 6. 16.

կեցայց 'ի նոսա», . և այլն : Յայնմ խորանի զպարզեալ
կան զաւակն խոստացաւ անձ Մբրաամն . և աստ
նոյն ինքն Վս զաւակն օրհնութե պարզես մեծա-
մեծս բաշխէ հաւատոց որդւոցն Մբրաամն : Մնդ
նահապետն միաճնաւն իւրով պատարագաւ յառա-
ջեաց գրաւեաց զանձ 'ի պարտս սիրով իւրով . ընդ
որում ետ շայրն երկնաւոր զմիաճինն իւր պատարագ
կենդանի զգաունն անարատ՝ որ եբարձ զմեղս աշ-
խարհի , սիրով միացուցեալ զամենեսեան ընդ ին-
քեան :

Խորհրդածի սա և լեառն սինէական . յորում
փոխանակ փառացն միգապատ և հրատեսիլ երև-
մանցն , և պակուցանող ձայնիցն փողոց և որոտմանց
'ի լսելիս ժողովրդոցն , նոյն ինքն անպարագրելի
Բանն Տօր զփայլատակող ճառագայթս անձութեն
ամպով մարմնոյն թաքուցեալ՝ կենսաբեր աւետարաւ
նին փողով զտիեզերս հրաւիրեաց յորդեգրուի Տօր :
Մնդ երեւքն Ս ովսեսի լուսաւորեցաւ , յոր ոչ կարէին
հայել որդիքն իւրայելի . իսկ աստ բացաւ երեսօք
զփառս ան իբրև ընդ հայելի տեսեալք՝ անատես
ամենեքեան վերագրիմք : Մնդ պատգամք անագիծք
'ի տախտակս քարեղէնս տուեալ եղև նոցա 'ի ձեռն
Ս ովսեսի . և աստ աւետարանն փրկութե ինքնախօ-
սութե Որդւոյն այ՝ լուսաւորէ զամենայն մարդ զե-
կեան յաշխարհ :

'Ի նախտակ օրինակի այսր քաւարանի կազմեցաւ
հրամանաւ այ խորանն վկայութե 'ի Բեսելիելէ , և
կանգնեցաւ 'ի Ս ովսեսի . և յետոյ տաճարն հրա-
շաղան 'ի Սողոմոնէ . մին զփոփոխելի կարգ օրինա-
ւորացն նշանակէր , և միւսն զհաստատուն խորհուրդ
այսր սրբարանի զեկուցանէր : Սակայն 'ի նոսա մար-
մնոյ մաքրութիք կատարէին առօրեայ լուացմամբք
և պատարագօք : Իսկ աստ հոգւոր սրբութի և մա-
քրութի մկրտութեամբ աւազանին , և խորհրդական
ճաշակմամբ տէրունական մարմնոյն : Մնդ արիւն
անասնոց սրսկեալ 'ի վերայ ժողովրդեան . և աստ
արիւնն տէրունական հեղու 'ի փրկութի աշխարհի :

et caetera. In illo tabernaculo Deus repromissionis semen Abrahae promisit; hîc autem ipse benedictionis semen Christus dona magna filiis fidei Abrahae distribuit. Ibi magnus Patriarcha per unigeniti sui sacrificium Deum charitate suâ praeoccupavit ad debitum; juxta quod Pater caelestis dedit Unigenitum suum sacrificium vivum, Agnum immaculatum, qui tollit peccata mundi, cunctos sibi in charitate jungens.

Mystice est ista mons quoque Sina, ubi pro nebulosae igneaeque apparitionis gloriâ, et pro formidabili tubarum ac tonitruum sonitu, quem populus audivit, ipsummet incircumscripsum Patris Verbum fulgidos Divinitatis radios sub carnis nube occultans, per vivifici Evangelii tubam in adoptionem Patris orbem terrarum invitavit. Ibi illuminata fuit Moysis facies, in quam respicere non poterant filii Israël: hîc autem revelatâ facie gloriam Dei, tamquam per speculum videntes, omnes Deum aspicientes fimus. Ibi dem oracula divinitus in lapideis tabulis delineata illis per Moysen data sunt: hîc vero salutis Evangelium per ipsiusmet Filii Dei locutionem *illuminat omnem hominem venientem in mundum* ¹.

Ad commonstrandum exemplum hujusce propitiatorii, Deo praecipiente, aedificatum fuit a Beseleel tabernaculum testimonii atque a Moyse erectum; deinde admirabile templum a Salomone: quorum unum mutabilem legalium ordinem designabat, aliud autem firmam hujus sanctuarii profunditatem indicabat. Verum in illis corporis purificationes peragebantur per quotidianas lotiones sacrificiaque: hîc autem spiritualis sanctificatio, et purificatio (*fit*) per lavacri baptismum, et per mysticam dominici corporis degustationem. Ibi animalium sanguis super populum aspersus; hîc dominicus sanguis funditur in

¹ Johan. 1. 9.

Յառաջինսն գառն զգալի զենեալ, և 'ի սմա գառն հոգևորական վասն կենաց աշխարհի պատարագեալ:

Ընդ մանանայ յերկնից տուեալ նոցա 'ի կերակուր, և աստ հաց կենաց Վ՛ստ իջեալ յերկնէ՝ կեանս տայ աշխարհի: Ընդ ջուր 'ի վիմէն բղխեալ յարբումն ծարաւեաց. և աստ ջուր կենդանարար 'ի կողիցն Վ՛ստի 'ի զմայլումն հաւատացելոց: 'Ի նոսա թլփատուածի մարմնոյ. և աստ թլփատուածի սրտի՝ 'ի մերկանալ զանգամս մարմնոյ թլփատուքն Վ՛ստի: Ընդ պատարագք և զոհք յանասնոց. և աստ անձինք մաքրեալք սուրբք և հաճոյք նյ: 'Ի նոսա աւազան ջուրց առ 'ի մարմնոյ լուացումն. և աստ աւազան հոգևոր ջրոյ 'ի մաքրութի հոգւոյ և մարմնոյ: Ընդ ցուպ քահանայապետին պողաբերեալ կաղին արքայաւան, և աստ խաչն լուսոյ պողաբերեաց զՎ՛ստ: Ընդ տախտակ դատաստանի ճշմարտութե և յայտնուե. և աստ աւետարանն քարոզեալ արքայութե:

Ընդ պճղնաւոր զգենլով ունէր քահանայապետն առ ստորոտոյն զանգալս, և խոյր 'ի վերայ գլխոյ, և վակաս չորեքկարգեան ակամբքն՝ խառնեալ ոսկւով շղթայաձևիւք ընդ միմեանս: Իսկ յեկեղեցի նշանակելով զՎ՛ստ՝ զգեցեալ մեզ հաւատովք՝ սիրով և սրբութեք: Իսկ զանգալքն. զպայծառ քարոզութեն որ 'ի մեզ ծաւալումն բացայայտէ. և խոյրն զչնորհս հոգւոյն զեկուցանէ: Վանդի զպճղնաւորն զգենլով Վ՛հարովնի՝ զմարմնանալ Վանին նշանակէր, զորքնիւթեայ բնութիս զարդարեալ շքեղաշուք արդարութեք: Կապուտական զերկնաւորն եցոյց առաքինութի. և կարմրոյն մանուածոյ զանապական արեանն կցորդութի, որով հաւասարեաց մեզ արեան և մարմնոյ: Եւ բեհեզոյն սպիտակաւ զածուութեանն ընդ բնութիս մեր խառնումն. և ծիրանեան զծածկեալ խորհուրդանձառելի տնօրէնութե: Եւ չորեքկարգեան ակունքն երկոտասան 'ի լանջս քահանայապետին՝ երկոտասան առաքելոյն համաբատակին. զի սիրտ և կամք եղեն Վ՛ստի, և 'ի չորս առաջս բաժանեցին զաւետարանն 'ի չորեքծագեան տիեզերս:

salutem mundi. In priscis illis sensibilis agnus immolatus; in hac agnus spiritualis pro mundi vitâ sacrificatus.

Ibi manna de caelo pluit illis in cibum; hîc autem panis vitae Christus de caelo descendens vitam praestat mundo. Ibi aqua de petrâ scaturiens in potum sitientium; hîc aqua vivificans de Christi latere in fidelium fruitionem. In illis circumcisio corporis; hîc circumcisio cordis ad denudanda per Christi circumcisionem corporis membra. Ibi sacrificia, et animalium hostiae; hîc animae mundaе, sanctae, et Deo gratae. In illis piscina aquarum ad corporis ablutio-nem; hîc autem spiritualis aquae lavacrum in purificationem animae, et corporis. Ibi Pontificis virga nucem regiam fructificans: hîc autem Crux lucis fructificavit Christum. Ibi rationale veritatis, et revelationis; hîc vero praedicatum regni Evangelium.

Ibi Pontifex talari veste indutus cum tintinnabulis ad oram, et tiarâ in capite, et humerali gemmis quadruplici ordine cum auro ad catenae formam intertextis. In Ecclesiâ vero designat nos Christum induisse per fidem et charitatem et sanctitatem. Tintinnabula ostendunt clarae inter nos praedicationis propagationem; tiara demum significat Spiritûs gratiam. Quod enim Aaron talem tunicam indueret, id Verbi significabat Incarnationem per venustam gloriosamque justitiam adornantis naturam nostram quatuor constantem elementis. Per caeruleum, caelestem indicavit virtutem, et per coccineum bis tinctum, incorrupti sanguinis participationem, qua nobiscum communicavit sanguini, et corpori: per byssum autem candidum, Divinitatis cum naturâ nostrâ admixtionem: et per purpureum, absconditum ineffabilis humilitatis mysterium. Duodecim porro quatuor ordinum gemmae in pectore Pontificis Duodecim Apostolos praefigurant; quoniam Christi cor, et voluntas fuere, et in quatuor profluvia diviserunt Evangelium per quatuor orbis extremitates.

Ս անս որոյ՝ այսոցիկ բիւրապատիկ բարեաց աղբիւր խորհրդածի սուրբ եկեղեցի . և մեզ ոչ միայն այժմուս , այլ և ՚ի հանդերձեալն յաւիտեանի լինելոց է տեղի ապաւինուէ , սկզբնաւորեալ ՚ի կանխութեանէ լինելութիւն արարածոց յանսկիզբն արարողէն , որ նա ինքն է սկիզբն և կատարած հաստատութեան եկեղեցւոյ , և առ միմեանս միաւորութիւն օրինակացն և ճշմարտութեան ըստ պատեհաբար համեմատութեան :

Ալ այժմ իրաւացի է առնուլ փոխանցաբար , և համաքատակել զսա հանդերձելումն իմանալի խորհրդով . քանզի որպէս օրինակքն առաջինք աւարտեցան յայս ճշմարտութեան հասումն , նոյնպէս և սա զհանդերձելոյն ունի նկատումն : Ալ նախ այս՝ զի դիր շինուածոյ սորա հանդէպ է արեւելից . վասն զի յարեւելից անկալուք եմք զալստեան երկնաւորն արքայի և փեսայի . և դարձեալ դէմ՝ յանդիման է սա դրախտին որ յարեւելս՝ որպէս բնակիչս նմա զորդիան իւր սնուցանելով , որք խաչակցուքն Վճի ըստ աւազակին բարեբարոյի խղելոց են զբոցեղէն սրոյն անցս , և ընդ հովանեաւ տաւաղին անմահական տնկոցն . իսկ լուսանցոյցն յարեւելս զմուտ իմանալի լուսոյն յաշխարհիս և ծագումն ըստ արեգականն զարդարսն նշանակէ : Իսկ ՚ի կողմանէ՝ զմտացն խորհրդածեղն ՚ի խոնարհ ձեւացուցանէ , և զի կողմնակիքն մեր՝ որ են աջեայք և ահեկեայք , լուսաւորք են առաքինութիւն : Ալ որ յարեւմուտսն է , նկատէ զլոյսն՝ որ յարեւելից մտանէ մինչև յարեւմուտս : Ալ ձեն զի քառակողմանի է՝ հրաւիրակ է չորից անկեանց տիեզերաց ՚ի մի յոյս կոչման միով հոգւով ՚ի Վճ միացեալ միոյ նոյ ընծայել զերկրպագութի :

Իսկ ազգարարն ժամահար՝ նախ ՚ի փառատրութիւն նոյ է բոլորից հրաւիրակ . և դարձեալ զհրեշտակական փողոյն հնչումն նշանակէ , զայն՝ որ զարթու

1 Subintelligitur vitae.

2 Ad Verb. transitus lucis.

3 Subintelligitur fenestra.

Quapropter horum innumerabilium bonorum fons consideratur sancta Ecclesia; atque nobis non solum in praesenti, verum et in futuro saeculo futura est asyli locus, incipiens ex principio existantiae creaturarum a Creatore principii nescio; quippe ipse est principium, et finis firmitatis Ecclesiae, atque exemplorum veritatisque ad invicem unionis, juxta congruam analogiam.

Nunc porro aequum est eam sumere allegorice, eamque per intellectuale mysterium futurae¹ configurare: sicut enim praecedentia exempla ad istius veritatis intelligentiam completa sunt, ita ista quoque ad futura refertur. Imprimis itaque situs aedificationis istius respicit ad Orientem; quia caelestis regis ac sponsi adventum ex Oriente expectamus. Ista praeterea est contra Paradisum, qui est in Oriente, tamquam illius incolas instruens filios suos, qui per participationem crucis Christi, ad boni latronis exemplum dissecturi sunt flammei gladii aditum, et sub immortalium plantarum umbrâ requiescunt. Porro fenestra² ex parte Orientis significat ingressum intelligibilis luminis in mundum, justorumque solis instar splendorem: ad latus autem³ designat humilem quodammodo mentis contemplationem; ea enim, quae nobis ad dexteram et ad sinistram manent, lucida sunt per virtutem: quae autem ad Occasum est (*fenestra*), intuetur lumen, quod ab ortu usque ad occasum ingreditur. Forma autem quadrangularis invitat quatuor orbis angulos, ut per unam vocationis spem uno Spiritu in Christo copulati uni Deo adorationem exhibeant.

Instrumentum⁴ vero, quod pulsatur ut ad Officium populus advocetur, imprimis invitat ad glorificandum universorum Deum: item et Angelicae tu-

4 Crepitaculum scilicet, vel Campana.

ցանկ 'ի մահահանգիստ քնոյն զտիեզերս, և ընդ առաջ գալստեան երկնաւորն հրաւիրէ թագաւորի :

Իսկ վարադուրին անջրպետութի զառաջին երկնից ցուցանէ որոշումն , ուր միայնակ Արրորդութիւն ասի բնակիլ յերկինս երկնից . և այն ևս՝ անջրպետ որ ընդ մէջ մեր և անմարմին էութեցն կայ :

Եւ տաճարն ժողովեաղ հաւատացելոց՝ զհաւասարութի մեր ընդ հրեշտակս զեկուցանէ , յորժամ կամք ամենեքեան առաջի բեմին Վհի : Եւ արտաքոյքն եկեղեցւոյն ժողովեաղ է յանցաւորաց , որք կան արտաքոյ , տեսանեն և լսեն զպատիւ արժանաւորացն :

Իսկ զպատերացն լուցմունք՝ զլուսաւոր վարս և զողորմածութիւն իմաստնոցն կուսանացն բացայայտէ . նաև զերկնից լուսաւորացն բերէ նմանութիւն՝ զարեգական և զլուսնի և զաստեղաց : Եւ հանապազորդ վառումն լուսոյն՝ զմշտալոյս պայծառութի արդարոցն ցուցանէ առ 'ի յայ :

Իսկ սեղանն սրբութե զմիասնականութի 'սբ Արրորդութեն խորհրդածէ . և ծածկեալ զգետտիւք պատեհագունիւք՝ զծածկեալ խորհուրդ անութեն տայ իմանալ : Եւ պսակն պարապնդեալ զզուգական պատիւ Արրորդութեն 'ի մի բերեալ փառաւորութի՝ ըստ օրհնութե սրբոց սերովբէիցն . վասն զի 'ի մարմնանալն Որդւոյ յայտնեցաւ խորհուրդ Արրորդութեն : Եւ նուիրանոցքն արծաթիւք՝ յստակ և մաքուր բանն է հաւատոյ , զոր նուիրեմք 'ի սպաս պաշտաման ուղիղ դաւանմամբ այ . ըստ այնմ , թէ "Րանք տն ընտիր և փորձք են" : Իսկ խորհրդանոցքն յաջմէ և յահեկէ ցուցանեն զպատրաստութի սպասուց եկեղեցւոյ՝ անպակաս ունել զտուրս ողորմութե առ աղքատս : Եւ պատարագին մասն անպակաս մնալ 'ի խորանին , այս է՝ ոչ լինել դատարկ 'ի հաշտարար

1 Haec et in Ozniensis nostri fragmentis fere iisdem verbis reperiuntur, ut videre est pag. 239.

quod magis magisque suadet, Johannem nostrum esse istius quoque Sermonis Auctorem.

bae sonitum designat excitans orbem a somno requiei mortis, atque in occursum adventus caelestis regis convocans ¹.

Veli autem divisio demonstrat primi caeli sejunctionem, ubi sola Trinitas dicitur habitare in caelis caelorum; atque spatium illud, quod nos inter incorporeasque substantias extat.

Templum praeterea congregatorum populorum nostram denotat cum Angelis communicationem, quum stabimus omnes ante tribunal Christi. Externum autem Ecclesiae spatium locus est collectionis delinquentium, qui foras stantes aspiciunt et audiunt illorum, qui digni sunt, honorem.

Lampadum porro accensio luculentam vitam, et prudentum virginum pietatem declarat; ac caelestium Luminarium solis, et lunae, ac stellarum similitudinem praesefert. Quotidie vero eadem ardent, ut ostendatur perennis, qui ex Deo est, justorum fulgor.

Porro Sanctitatis Altare mystice designat sanctissimae Trinitatis consubstantialitatem; operitur autem illud decenti apparatu, ut absconditum Divinitatis arcanum intelligatur. Corona vero circumornata (*ostendit*) coaequalem Trinitatis honorem in unam redactum glorificationem, juxta sanctorum Seraphim benedictionem: siquidem per Filii incarnationem revelatum est Trinitatis mysterium. Argentea autem oblatoria ² sunt nitida ac munda fidei verba, quae per rectam professionem Deo offerimus in officii ministerio, juxta effatum: *Eloquia Domini electa, et probata sunt* ³. Sacraria ⁴ vero ad dexteram, et ad sinistram, ostendunt paramentorum Ecclesiae observationem indeficienter habere eleemosynae largitionem erga pauperes. Atque Sacrificii partis sine intermis-

² Seu instrumenta illa, super quae oblationes offeruntur.

⁴ Seu loca, ubi sacra asservantur.

³ Psal. 11. 7.

մարմնոյն Վ՛նի՝ եկեղեցւոյն . զի մի՛ ասիցի այն , «Պա-
կասեսցի կերակուր ՚ի տանէ նոյ ձերոյ » :

Իսկ աշտանակն՝ խաչն լուսոյ , և ՚ի վերայ նորա
գունդ վառեալ անութիւնն եօթնարփի շնորհօք :
Եւ խնկանոցն զանձանին բերէ խորհուրդ : Օ ի
որպէս նա լի է հոտով անուշուութե՛ն , նոյնպէս և կոյսն
սուրբ լի էր հոգւով սրբով և զօրով թէ բարձրելոյն :
Իսկ բուրուական զհրեշտակապետին ցուցանէ աւետա-
բանութի՛ն առ Աոյսն՝ սբ . և երեք ամբառնալիքն , զի
վերաբերեալ եղև նա աւետեօք խորհրդական անու-
շահոտ գիտութե՛ն սբ Երրորդութե՛ն՝ և ՚ի մի կատա-
րումն համաբուն տէրութե՛ն : Իսկ բուրումն խնկոցն
հաշտարարութե՛ն , ըստ այնմ զոր ՚ի հնումն Մհարոն
նուէրս մատուցանէր նոյ , զոր այժմ՝ հաշտութի իւ-
րով արեամբն արար Վ՛ն . զոր մատոյց նոյ հօր ՚ի հոտ
անուշից . և դարձեալ զանուշաբուրիչ շնորհս հո-
գւոյն սրբոյ առ մեզ նշանակէ , որպէս յառաքեալսն
՚ի սուրբ Պետտակոստէին , և նոքօք ընդ ամենայն տի-
եզերս . վասն այնորիկ նախ ՚ի բեմն ծխեն , զի նախ
՚ի հօրէ ելանէ հոգին սուրբ , և ապա դայ յառաջ
նորդն , և ապա յայլն . ըստ այնմ , թէ «Որպէս իւղն
որ իջանէ ՚ի գլուխ և ՚ի մորուսն Մհարովնի » :

Իսկ աւազանն հաստատեալ՝ մայր է որդէգրութե՛ն
հոգւոր ծննդոց , որ ՚ի ջրոյ և ՚ի հոգւոյ վերստին
ծնեալ լինին որդիք նոյ . և արեանն Վ՛նի հաղոր-
դեալք՝ ժառանգակից նմին եղիցին , և բնակարան
հոգւոյ նորա սրբոյ :

Եւ զի նախ ՚ի խորհրդանոցն հանգուցանեն զխոր-
հուրդն , վասն զի նախ ՚ի ծածուկ եկն առ մեզ Վ՛ն ,
և յորովայնի կուտին հանգեալ . և ապա յայտնա-

1 Ad temporalem processionem
id spectat : sin autem de aeternâ
accipere velis , accipe eo modo ,
quo S. August. dixit , *principali-*

ter ex Patre procedit : nam etsi ex
Filioque procedat , Pater tamen est
processionum fons , atque origo .

2 Seu ad digniorem ex clero .

sione permansio in tabernaculo, demonstrat, Ecclesiam nequaquam carere propitio Corpore Christi; ne forte dicatur illud: *Defecit cibus de domo Dei vestri.*

Candelabrum autem, Crux lucis, et super eam ardens globus (*est*) Divinitas, septiformi gratiâ. Thuris vero phiala Deiparae praesefert mysterium: sicut enim illa plena est odore suavitatis, ita et sancta Virgo plena erat Spiritu sancto, et virtute Altissimi. Thuribulum autem commonstrat Archangeli annuntiationem ad Virginem sanctam: atque tres catenulae (*habentur*) ad illud elevandum, quia per annuntiationem elevata est ista ad mysticam ac suaviolentem sanctae Trinitatis cognitionem, atque ad unam consubstantialis Domini perfectionem. Olfactus vero thuris reconciliationis (*est*) juxta illud, quod olim Aaron hostiam Deo offerebat; quam modo reconciliationem peregit Christus in suo sanguine oblato Deo Patri in odorem suavitatis. Item suaviolentem erga nos Spiritûs sancti gratiam significat; sicut super Apostolis in sanctâ Pentecoste, et per illos super universam terram. Idcirco prius ad Sacellum thus adolet (*Celebrans*), quia primum ex Patre provenit Spiritus sanctus¹; deinde venit ad Praepositum², postea ad caeteros, juxta effatum illud: *Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron*³.

Firmatum autem Baptisterium est mater adoptionis eorum, qui spiritualiter nascuntur, qui regenerati ex aquâ et Spiritu, filii Dei efficiuntur, atque Christi sanguini communicantes illius cohaeredes fiunt, ac Spiritûs sancti habitaculum.

Prius in Offertorii loco⁴ ponunt mysterium⁵; quia prius occulte venit ad nos Christus, et in utero Virginis requievit; et deinde palam super Crucis altare

³ Psal. 132. 2.

⁴ Iste Offertorii locus respondet quodammodo Latinorum A-baco, super quam in Missâ sole-

mnî calix et caetera pro sacrificio parantur.

⁵ Sive mystici Sacramenti materiam.

պէս 'ի սեղան խաչին եղև բերեալ : Ասև 'ի հանդերձելումն երևմանն՝ յայտնապէս ցուցանի երկնաւորաց և երկրաւորաց :

Եւ քոցացն հարումն զօրինակ ունի սրբոց սերովբէիցն, զոր Վանիէլ եցոյց, « Հազարք հազարաց պաշտէին զնա » : Եսկ նստել քահանայապետին յաթոռ բեմին՝ զնստելն յաթոռ փառաց ահաւոր բեմին երկնաւորն քահանայապետի նշանակէ 'ի միւսանդամ գալստեանն : Եւ սեղանոյն բացումն՝ զյայտնապէս երևումն անուշակէն ամենայն արարածոց բացաբարողէ, յորժամ ցուցանէ զինքն արժանաւորաց իւրոց . ըստ այնմ, թէ « Տեսանելոց եմք զնա՝ որպէս և էն », Եւ համբուրելն զսեղանն՝ զանձարելոցն տայ զտարացոյց, որք վստահութիւն հաւատոց և սրբութեամբ հաղորդին նմա :

Եսկ ժամակարգութիւն որ 'ի սմա, ոչ վայրապար, այլ մեծ իմաստութիւն և ծածկեալ խորհրդով . որպէս յաւուր միաշարքութոյն նախ մաքրելն զեկեղեցին . վան զի յառաջ սրբեցաւ աշխարհս, և ապա 'ի սրբբեալն բաշխեցաւ Վրս, ըստ իւրում բանին՝ լուցանել ճրագ, և տանն աւել ածել :

Եսկ մտանելով մեր 'ի սմա խաչանիչ կնքելով զդէմն երկրպագութիւն յարևելս՝ Միածինն սկսանելով, զվերանալն տպաւորէ խաչազգեստիցն 'ի հանդիպումն ան յօդս ցնծութիւն երկրպագել՝ զմիածին ան ընդամայս երկնից նշանաւ խաչին եկեալ տեսանելով :

Եւ ապա երգս առեալ երկդասիւքն համախմբեալ ընդ վերինսն, զՏէր թագաւորեաց, վայելում թիւն զգեցաւ . զբոլորից նշանակելով զվերնոց և զներքնոց թագաւորն ան եկեալ տեսանելով, վայելապէս զգեցեալ զփառս հայրենիս . թագաւորեալ և սրբ ընդ նմա :

Յետ որոյ համբարձմամբ աւետարանին գեղասպա

1 Haec flabella quae communiter argentea sunt, vel aurea, super hastam elevata a Diaconis leviter

agitantur; indeque campanulae circumquaque dispositae, sonitum tamquam volucrum alas a-

fuit perductus. In futura quoque revelatione palam se ipsum coelestibus ac terrestribus ostendet.

Flabellorum ¹ vero motio typum praesertim sancto-
rum Seraphim, de quibus Daniel dicit: *Millia mil-
lium ministrabant ei* ². Pontificis sessio in throno Sa-
celli sessionem significat caelestis Pontificis super
gloriae thronum horrendi tribunalis in secundo suo
adventu; quum autem Altare reseratur, manifesta
Divinitatis revelatio universis creaturis aperte prae-
dicatur, quando seipsum dignis se ostendet, juxta il-
lud: *Videbimus eum, sicuti est* ³. Altaris Osculatio
indicat Deo adhaerentes, qui illo per fidei confiden-
tiam, et per sanctitatem communicant.

Officii ⁴ autem horae non sunt in hac inconsulto
statutae, sed magnâ sapientiâ, et abscondito myste-
rio. Item in die Primâ sabbati prius emundatur Ec-
clesia; quoniam antea purificatus est mundus, et
deinde inter sanctificatos distributus fuit Christus,
juxta sui ipsius effatum: *Accendit lucernam, et everrit
domum*.

Porro intransibus nobis hîc, vultum cruce signa-
mus, adorantes ad Orientem, atque *Unigenitum* ⁵ in-
cipimus, ad exprimendam Cruce signatorum eleva-
tionem in occursum Domini in aëra, atque laetifi-
cam adorationem, quum videbimus Unigenitum Deum
in nubibus caeli venientem cum Signo Crucis.

Deinde assumptis canticis uterque chorus unâ si-
mul cum supernis, dicit: *Dominus regnavit, decorem
indutus est*, ad significandum, eos quodammodo vi-
disse omnium superiorum et inferiorum Regem Deum
venientem paternâ gloriâ decenter indutum, cum
eo Sanctis etiam, qui cum ipso sunt, conregnantibus.

Deinde, elevato Evangelio, pulcherrime laetamur

gitantium, proferant. De flabello Grae-
corum videatur eruditissimus Goar.

2 Dan. 7. 10.

3 1. Johan. 3. 2.

4 Seu Liturgiae.

5 Introitum Missae.

րեալ օրհնութիւնք երկից սրբասացութիւնք խաչեցարին , յորոյ վերայ զածորդին տեսանեմք հոգւոյ ակամբ՝ յաթոռ նստեալ բարձու , և 'ի բիւրուց երկրպազեալ դասուց , պսակեալ զխաչեալնս վասն ինքեան :

Եւ զկնի քարոզն համաշխարհական կոչմամբ զգու մարեալնս տպաւորէ յաշխարհաժողով ատեանն բուրր տիեզերաց : Եւ և սաղմոսք և ընթերցուածք մարգարէականք զգատաստանն , որ ըստ գրոց , բացայայտէ . ըստ այնմ , թէ « Եւնեւնոցա դատաստանն ըստ գրոց » . և դարձեալ զի 'ի հանդերձելունն նախ մարգարէքն և առաքեալքն վկայեն քարոզունէն , և ապա թագաւորն վճիռ հատանէ : Իսկ ալելուոն քաջահնչող ձայնիւ զՏրեշտակացն քաղցրաբանունէն օրհնաբանուինն նշանէ : Իսկ մերձ առ նմին աւետարանն՝ կենսաբեր ձայնիւ՝ անխօսութիւնք , զորդեգրութեանն առբերելով պարգևս հրաւիրէ : Յետ որոյ խոստովանութի հաւատոյ յամենայն լեզուաց յանուն տն մերոյ Յիսիսի և այ Տօր և հոգւոյն սրբոյ : Եւ ապա քարոզք և քահանայական աղօթք՝ կոչէ ըզհրաւիրեալնս և զկոչեալնս . և 'ի սմին՝ սրբասացութիւն :

Եւ յետ աղօթիցն 'ի վերայ ամենայնի՝ վայելունն և արբունն անմահական բաժակին , և կենաց հացին , զանդ ուրախուինն նշանակէ թագաւորելոցն 'ի լոյս , յորժամ նոր արբցէ զնա ընդ մեզ յարքայութեան հօրն , յայտնելով և վարդապետելով իւրոց աշակերտացն զանճառելի խորհուրդն , յանկ ելեալ բանին՝ թէ « Եւնդ իս կերիջիք և արբջիք 'ի սեղան իմ յարքայութեն իմում » : Եւ յտքիկ հանդերձելոց բաւրեացն ցոյցք յեկեղեցւոջ :

Եւ այց պարտ է գիտել , թէ ընդէր զեկեղեցի՝ որ յանշունչ քարանց և 'ի փայտից շինեալ է , և զժողովս հաւատացելոց՝ միապէս կոչէ եկեղեցի : Եւ զորպէս զգրախոսն կրկին իմանամք , նոյնպէս և զեկեղեցի կրկին իմասցուք . զի եկեղեցի յերրայեցւոցն

1 Evangelium nempe.

hannes noster iisdem fere verbis.

2 Haec quoque alibi dixerat Jo-

Vid. pag. 233.

per trisagiam Crucifixi benedictionem: super quod ¹ Filium Dei vidimus mentis oculo in sede excelsâ sedentem, atque a millibus centenis millium adoratum ²; item illos etiam, qui propter ipsum crucifixi fuerint, coronatos (*aspicimus*).

Deinde Praeco ³ convocans universum orbem, praefigurat totius orbis terrarum coetus ad universale tribunal congregatos. Item Psalmi, et Lektionen propheticae patefaciunt iudicium, quod secundum scripturas (*faciendum est*); juxta illud: *Facere eis iudicium secundum scripturas*. Praeterea quia in futuro (*iudicio*) prius Prophetæ et Apostoli de praedicatione testificantur, et postea Rex sententiam profert. Porro *Alleluja* sonorâ voce decantatum dulcisonam Angelorum doxologiam designat. Mox autem Evangelium, in quo vivificâ voce Dei locutio (*continetur*), per invitationem confert adoptionis dona. Post istud Fidei professio, ex omni linguâ in nomine Domini nostri Jesu Christi, et Dei Patris, et Spiritûs sancti. Deinde praeconia, et sacerdotales orationes vocant invitatos, et vocatos: atque interim hagiologia ⁴.

Post preces autem super omnia, fruitio, et potatio immortalis calicis, et panis vitae significat supernum gaudium eorum, qui in luce regnant; quum ⁵ bibit illum nobiscum novum in regno Patris, revelans docensque discipulos suos inenarrabile mysterium, impleto eo sermone: *Mecum manducetis, et bibatis de mensâ meâ in regno meo*. Haec sunt in Ecclesiâ futurorum bonorum indicia.

Caeterum scire oportet, curnam Ecclesia, quae ex inanimatis lapidibus lignisque aedificata est, nuncupetur Ecclesia non secus ac fidelium congregatio. Itaque sicut Paradisum dupliciter intelligimus, sic et Ecclesiam dupliciter consideramus. Nam Ecclesia

³ Diaconus scilicet Praeconium decantans; ut alibi diximus.

⁴ Seu Canticum benedictionis.
⁵ Subintelligitur *Christus*.

առ մեզ ժողով թարգմանի, ըստ նմին անուանն կոչի
 և ժողովարանն, զի է շինեալ նա ստուգապէս տուն
 ւնայ՝ յաղագս պատարագելոյ՝ ՚ի նմա Որդւոյն ւնայ, նոյն
 պէս և մարդս տաճար է ւնայ ըստ Պաւղոսի, յաղագս
 սրբութեալ աւազանին և մաքրութեալ վարուց։ Օ ՚ի որ
 պէս յայս անշունչ տաճարիս՝ որ ՚ի քարանց և ՚ի
 փայտից, զամենակարող անունն ւնայ կարգամբ ՚ի վե-
 րայ, և օճանեմբ յանունն ւնայ, և տուն ւնայ անուա-
 նեմբ, զի ստուգապէս ւնայ ՚ի նմա բնակէ. նոյնպէս և
 հաւատացեալք որ յանունն Տօր մկրտին, և օճանին
 իւրով, և յանունն Վճի ւնայ կոչին քրիստոնեայք, որ
 պէս ասէ Մաթեալ։ «Եւ զորս եղ ւնայ յեկեղեցւոյ»
 և այլն։ Եւ զոր զգալի եկեղեցի անուանի՝ առնէ
 ինքեամբ զհացն և զգինին՝ ՚ի ձեռնքահանային մար-
 մին և արիւն Վճի, զնոյն և մարդս եղեալ եկեղե-
 ցի՝ ընդունի ճաշակմամբ։

Օ ՚ի եթէ խորանն և տաճարն ըստ օրինակին փա-
 ռաւորեցաւ, քանի՜ առաւել որ ճշմարտութիս է օրինա-
 կին՝ փառացն ւնայ բնակարան հաւատով իմացեալ լինի։
 Ս ասն որոյ չորից սեանցն կառուցումն՝ զչորից առա-
 քինութեց որ իմեղձ ցուցանէ. և կամարացն միաւորու-
 զսիրոյն շողկապակցէ զառաքինութեն զատուցումն։
 Իսկ երկոտասան քարանցն հիմնացելոց՝ զերկոտասան
 անդամոց նշանակէ բանականաց. և շարայարու-
 զմեծամեծ քարանցն և փոքունց՝ զարանց հաւատացե-
 լոց՝ միանգամայն և զկանանց՝ բարեպաշտութե միա-
 ցելոց. զի ՚ի Վճ Յօ չիք խտիր՝ ոչ արանց և ոչ կա-
 նանց։ Իսկ կապակցութի խճիցն և այլոց նիւթոց՝
 զհաւատացելոց ունի զնշանակ, որ միաւորէ զամե-
 նեսեան ՚ի մի յոյս կոչմանն Վճի։

Իսկ գմբեթաձև խորանարդ բարձրացեալ ՚ի ծայր
 գագաթանն ունելով զծաղկեալ նշան խաչին ծի-
 րաներփնեալ ւնային արեամբն ցուցանէ. որով զման

ex Hebraeo apud nos *Congregatio* interpretatur ^r: eodem nomine vocatur et locus *Congregationis*. Et quemadmodum illa veraciter aedificata est *Domus Dei*, propterea quod in ea *Filius Dei* sacrificatur; similiter et homo est templum *Dei*, juxta *Paulum*, propter lavacri sanctificationem vitaeque puritatem. Et sicut super hoc inanimato templo ex lapidibus lignisque confecto omnipotens *Dei* nomen invocamus, illudque linimus in nomine *Dei*, atque *Domum Dei* appellamus; reapse enim *Deus* habitat in eo; item et fideles in nomine *Patris* baptizantur, et unguuntur oleo, et in nomine *Christi Dei* nominantur *Christiani*; sicut dicit *Apostolus*: *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesiâ* etc., . Quod autem ea, quae sensibilis *Ecclesia* vocatur, reddit per se panem, et vinum per manum *Sacerdotis* corpus et sanguinem *Christi*, idem ipsum homo quoque *Ecclesia* factus suscipit per communionem.

Si enim tabernaculum, et templum in typo glorificata sunt, quanto magis intelligendum erit de gloriae *Dei* habitaculo per fidem ², quod est ipsa typi veritas? Propterea quatuor columnae erectae sunt quatuor virtutum, quae in nobis (*esse debent*), indicia: atque fornicum unio in unum copulat virtutis charitatis distinctionem. Duodecim autem lapidum fundatio designat duodecim rationalium membra; conjunctio vero magnorum lapidum ac parvorum, viros fideles, simul et faeminas, per pietatem unitos: nam in *Christo Jesu* nulla habetur discrepantia non virorum, non mulierum. Lapidum autem colligatio caeterarumque materialium, fidelium symbolum praesert, quatenus omnes copulantur in unâ spe vocationis *Christi*.

Forma vero cupulae adinstar tabernaculi exaltata, in summitate verticis habens florens *Crucis Signum*, se se ostendit purpureo tinctam, divini sanguinis co-

² De homine scilicet per fidem reddito gloriae *Dei* habitaculo.

կունս իւր լուսազարդեալ խաչազգեստ յուղարկէ 'ի վերինն Արուսաղէմ, ցնծալ և պարեւ 'ի խորանն լուսոյ, միշտ զուարճանալ, և վայելել յանմահական ճաշակացն :

Այս է խորհուրդ եկեղեցւոյ, և այսքան 'ի սմա անձային նշանացն խաղացումն: Արդարև «Ո՛ր խօսեսցի զգորուծին տն» և այլն, որ այսքան ձիրս պարգևեաց որդւոց մարդկան: Աւարդ զինչ հատուցանեմք տրիտուր տն այլ մեւոյ, այլ միայն երկիր պագանեւ նմա հոգւով և ճշմարտութե, ասելով ընդ Աւաբելոյ՝ թէ «Շնորհք այ՛ի վերայ անպատում պարգևաց նորա», Աւայսպէս տեղեկացեալ 'ի հոգւոյն սրբոյ զորպիսութի խորհրդոյ շինուածոյ սորա, և զսրբազան 'ի սմա յօրինեալ կարգս, ընդ հրեշտակացն տօնելով զնաւակատիս սորա՝ երկնաւոր առաքինութե 'ի սմա կրօնաւորեսցուք, փառաւորելով զհայր և զԱրդի և զսր հոգին յաւիտեանս . ամէն :

1 'ի տօնապատճառն, զկնի ձայնիցս՝ «կրօնաւորեսցուք 'ի սմա», յարին և այս բանք: «Եւ որպէս 'ի դրախտին այլ մերկ և մաքուր 'ի մեղացն ծածկութից՝ եղիցուք աւազանին նոյ մաքրութե զփն զգեցեալ . 'ի փայտն կենաց մերձեսցուք՝ զանմահականն ճաշակելով զպտուղ. զանմահ փեսային զգալուստ և զխօսակցութի 'ի սմա ըն

կացուք, և փառաւորեսցուք ըզհայր և զորդի և զսր հոգին յաւիտեանս . ամէն», : Զայստիկ չեղաք 'ի կարգին՝ խիթալով, զի մի բառ սովորութե հաւաքածոյ գրեանց տօնապատճառաց՝ գրիչք յիւրեանց պատուաստեալ իցեն զայլ և այլ բանս, որպէս և ուրեք ուրեք կարճեալ :

lore : quo pueros suos luce exornatos cruceque indutos ad supernam Jerusalem dirigit, ut exultent, choreasque ducant in tabernaculo lucis, semperque immortalis degustatione delectentur et oblectentur .


Hoc est Ecclesiae mysterium, tantaque in eâ divinorum signorum processio. Profecto *quis loquetur potentias Domini ?* et caetera; qui filios hominum tot gratis donavit. Quam ergo retribuamus remunerationem Domino Deo nostro ? nisi illum dumtaxat adoremus *in Spiritu, et veritate* ¹, dicentes cum Apostolo: *Gratias Deo super inenarrabilibus donis suis*. Sicque, a Spiritu Sancto edocti tantum aedificii hujus mysterium, ac sacratissimos, qui in eo constituti sunt, ordines, cum Angelis Dedicationem ejusdem celebrantes, caelesti virtute in isto religiose ² conversemur glorificando (*Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum in saecula saeculorum. Amen*).

¹ Johan. 4. 25.

² Hoc loci alius codex haec addit: «Et sicut in paradiso nudi, et immunes a peccati operimentis, per sancti lavacri munditiam simul Christo induti; ad lignum

vitalis accedamus, immortalem gustantes fructum: immortalis sponsi adventum ac desponsationem in hac assequamur, et glorificemus Patrem, et Filium, et sanctum Spiritum in saecula. Amen»

ՅՈՎՏՐԵՆՈՒ ԻՄՇԱՏԱՍԻՐԻ



Մ	ՏԵՆԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ Ժողովանի	Էջ. 8 .
Ս	աննիս նորին ժողովոյ . լԲ	„ 56 .
Տ	առ ընդդէմ պառլիմենտի	„ 78 .
Ր	նորդէմ Երևան-նահանայ	„ 108 .
Յ	աղափս հարգաց Էջեղեցոյ	„ 180 .
-	- - - Լ նախ Վասն պաշտամանի գիշերոյ	„ 182 .
-	- - - Մ առօրոյ	„ 190 .
-	- - - Մ րեափալի	„ 204 .
-	- - - Ս ան պաշտամանի Երրորդ, Վեցերորդ, և իններորդ ժամո	„ 208 .
Ս	ն թի առար Քաղաքալի (հիւրանի)	„ 224 .
Տ	արաածիս նոյն գործոյ . Վ փիշերային ժամո	„ 236 .
-	- - - Ս Էրեկոյնի ժամո	„ 240 .
Յ	իշտաւարան հաննափրոյ	„ 250 .
Տ	առի Երևոյ յԷջեղեցի՝ անվերնագիր	„ 255 .
-	- - - Թ . 'ի հիմարիէս Էջեղեցոյ	„ 256 .
-	- - - Լ յօրհնո-լի նորաշէն քաճարի	„ 264 .
-	- - - Բ . 'ի նաաւապիս Էջեղեցոյ	„ 280 .

ELENCHUS OPERUM

JOHANNIS PHILOSOPHI



O RATIO Synodalis	Pag.	9.
Canones ejusdem Synodi	"	57.
Sermo contra Paulicianos	"	79.
Contra Phantasticos	"	109.
De Officiis Ecclesiae	"	181.
- - - Nocturno	"	183.
- - - Matutino	"	191.
- - - Ortús Solis	"	205.
- - - Meridie, hora III. VI. IX.	"	209.
De magna die Prima-Sabbati, Dominica	"	225.
Fragmenta de hora nocturna	"	237.
- - - De hora vespertina	"	241.
Memoriale de libro Canonum	"	251.
Sermones de Ecclesia, sine titulo	"	255.
- - I. De Fundamento Eccl. jaciendo	"	257.
Cum benedictione novae Eccl.	"	265.
- - II. Panegyricus in Dedicatione Eccl.	"	281.

V E R B A

ANIMADVERSIONE AUT CORRECTIONE

DIGNA

pag.	lin.	
13	18	ad juvenum . . . lege . . . ad juventam
	22	facere fieri
15	30	raectoribus rectoribus
16	10	առ նմա խուժ առ նմա խուժ
18	34 35	և զփոքուսքնն . . . համան զփոքուսքնն . . . համանգա- գամայն է մայնն է
19	7	ibi per suum ibi sui
	16	in hac vita viventi, (aut) ut vivens transeat
25	6	baptizaturi baptizandi
30	21	զժոխագաղելի զժոխագատելի
39	18	praetiosissimi pretiosissimi
45	6	septiformam septiformem
51	4	musicarum amantes etc. . . melius diceretur : animas, quae . . . , tamquam per instrumenta citharoedos fieri Spiritus etc.
65	33	Psalmum II Psalmum III.
67	adnot. 3	Post Nersetem Magnum duo alii Nersetes fuerunt, u- nus anno 524, alius ann. 640. Forsitan vel de uno vel de alio istorum loquitur Ozniensis.
71	12	Sancus Sanctus
73	24	flexilia: Arm. ճօճանակս, quae vox verti etiam pote- rat <i>stabella</i> .
74	13	'ի և մարմնական և 'ի մարմնական
80	6	տէրութեանն տերութեանն
85	5	Saturnum: alludit Ozniensis ad Arm. ethymologiam vocis <i>հանոս</i> , quae vox ex Graeco <i>Χρόνος</i> (<i>tempus</i>) Armeniace potest intelligi ex voce <i>հախ</i> (<i>praelium</i>), ob vocis similitudinem, quasi <i>հախ</i> italice diceretur <i>guerra</i> .
	23	Heroes facti; ad verb. <i>Heroes nominati</i> , seu <i>deorum prosapia</i> .
87	23	in cujus manum in cujus manu
88	adnot. 1	saec. IV saec. VI. vcl VII.
95	16	incomprehensibilis. ad verb. invisibilis eodem sensu, ac si diceretur in- comprehensibilis.

116	34	միանձնականութիւն . . .	կամ ընթերցիր, Գրաստիանուսի, որ և համագոյուհ ասի, և կամ իմն, միահագիւտի, եղեալ յապողիւնարէ, որու բանայր զմարդկային հոգին քնի, շատ համարելով զանձայինն:
125	16	Animam, Corpus, et mentem. Sic a S. Gregorio Illuminatore tradita fuit Nicenae fidei professio, quibusdam additis declarationibus, ut quodlibet dubium a gente sua arceret, omnesque sui temporis haereticos profligaret.	
137	24	Hinc sequetur etc . . .	potest quoque verti: Haec sequitur, etc. tuncque adnot. num. 3. omnino est abrodenda.
145	29	quemque	vel aliud
149	18	Quasve ex hisce	Quosve ex nostris (Patribus) ?
177	1	benedicebat	benedicebant
	10	eus	eos
256	in adnot.	seq. v	Saec. v.
269	in adnot.	ea nostrâ carne	ex nostrâ carne
281	in adnot.	jungitur	subjungitur
303	32	osservationem	asservationem
305	20	Apostolis	Apostolos
	in adnot.	super quam	super quem
307	in adnot.	proferant	proferunt

